

CAPUT VI.¹

*Post haec abiit Iesus trans mare Galilaeae,*² etc. Abiit Iesus trans mare Galilaeae, quod multis pro diversitate circumjacentium regionum vocabulis distinguitur; illis tantum locis mare Tiberiadis vocatur, ubi Tiberiadem civitatem aquis (ut aiunt) calidis salubrem habitationem praemonstrat. Siquidem interfluente Jordane, duodeviginti passuum millibus in longum, et quinque extenditur in latum. Mystice autem mare turbida ac tumentia saeculi hujus volumina significat, in quibus pravi quilibet injuste delectati, quasi profundis dediti pisces, mentem ad superna gaudia non intendunt. Unde bene idem mare Galilaeae,

id est rota, cognominatur, quia nimirum amor labentis saeculi in vertiginem corda mittit, quae ad perennis vitae desideria non permittit erigi; de qualibus Psalmista, *In circuitu*, inquit, *impii ambulat* (Psal. XI). Sed abeuntem trans mare Galilaeae Jesum multitudo maxima sequebatur,

quae doctrinae, sanationis et refectionis ab eo coelestis munera summa perciperet.

Sola illum gens Judaea sequebatur credendo: postquam vero per incarnationis suae dispensationem fluctus vitae corruptibilis adiit, calcavit, transiit, maxima mox eum multitudo credentium secuta est nationum, spiritualiter instrui, sanari ac satiari desiderans, et cum Psalmista dicens: *Domine, ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam* (Psal. CXXIV)³; et iterum: *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum; sana me, Domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea* (Psal. VI); et iterum de percipiendis ab eo vitae perpetuae alimoniis confisa: *Dominus*, inquit, *pascit me, et nihil mihi deerit; in loco pascuae ibi me collocavit* (Psal. XXII). Quod autem subiens in montem Iesus, ibi sedebat cum discipulis suis, sed veniente ad eum multitudo, descendit, atque hanc in inferioribus refecit, quam in inferioribus paulo ante curaverat, nequaquam frustra factum credamus, sed ad significandum mystice quia doctrinam et charismata sua Dominus juxta percipientium capacitatem distribuit, infirmis quidem adhuc mentibus parvulis spiritu simpliciora monita committens, et apertiora credens sacramenta: celsioribus autem quibusque, et perfectioribus sensu secretiora suae majestatis arcana reserans, altiora devotae conversationis itinera suggerens, et altiora praemiorum coelestium dona promittens. Denique cuidam sciscitanti quid faciens vitam aeternam possideret, quasi inferius adhuc posito, communia suae dona largitatis impendit, dicens: *Non occides, non moechaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum et matrem* (Matt. XIX)⁴.

Cui postmodum majora quaerenti, **et velut ad montem virtutum**

ascendere cupienti; Si vis, inquit, **perfectus esse,**

vade et vende quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in coelo: et veni, sequere, me (Ibid.). Cujus discretionem moderaminis non per se solum Dominus in carne docens exhibuit, verum nunc quoque per verbi sui ministros exhibere non cessat. Unde iisdem sub unius boni servi persona testatur, quia dare debeant conservis in tempore tritici mensuram,⁵ id est, pro captu audientium opportune et mensurate verbi dapes suggerere. Quod vero appropinquante Pascha Dominus turbas docet, sanat, et refecit, possumus ita mystice interpretari, quia Pascha nostrum transitus dicitur; et quoscunque Dominus in aeterna munerum suorum suavitate recuperat, ad salubrem

CAPO 6

Dopo questi fatti, Gesù passò all'altra riva del mare di Galilea, ecc. Gesù passò all'altra riva del mare di Galilea, che, a causa della diversità delle regioni circostanti, è indicato con molti nomi; è chiamato mare di Tiberiade soltanto in quei luoghi dove si affaccia¹¹ la città di Tiberiabe, salubre residenza grazie alle acque (come dicono) termali. Giacché vi scorre il Giordano, si estende per diciotto mila passi di lunghezza e cinque di larghezza. Ma misticamente il mare significa i vortici¹² torbidi e rigonfi di questo evo, nei quali qualsiasi malvagio ingiustamente dilettato, quasi pesce dedito agli abissi, non indirizza la mente alle gioie superne. Per cui opportunamente è parimenti nominato mare di Galilea, cioè ruota, perché appunto l'amore dell'evo caduco getta i cuori nella vertigine, che non permette di ergersi ai desideri della vita perenne; di costoro il Salmista *attorno*, dice, *si aggirano i malvagi* (Sal 11, 9)¹³. Ma una grandissima moltitudine seguiva Gesù che passava all'altra riva del mare di Galilea, ed [essa] avrebbe ricevuto da lui doni immensi di dottrina, di salvezza e di ristoro celeste. La sola gente di Giudea lo seguiva per credere: ma dopo che nell'economia della sua incarnazione ebbe intrapreso, calcato, oltrepassato i flutti della vita corruttibile, subito una grandissima moltitudine di nazioni credenti lo seguì, desiderosa di essere spiritualmente istruita, sanata e saziata, e dicendo col Salmista: *Signore, in te mi rifugio. Insegnami a fare la tua volontà* (Sal 142, 9); e ancora: *Pietà di me, Signore, sono malato; guariscimi, Signore: tremano le mie ossa* (Sal 6, 3)¹⁴; e ancora, fiduciosa di ricevere da lui il nutrimento di vita eterna: *Il Signore, dice, è il mio pastore: non mancherò di nulla. Su pascoli erbosi mi fa riposare* (Sal 22, 1-2)¹⁵. Che poi Gesù, salendo al monte, lì sedesse coi suoi discepoli ma - poiché veniva a lui la moltitudine - sia disceso, e abbia rifocillata in basso quella che poco prima in basso aveva curato, non crediamo per nulla che sia stato fatto senza motivo, ma per significare misticamente che il Signore distribuisce la dottrina e i suoi carismi a seconda della capacità di chi li riceve, affidando certo i moniti più semplici alle anime ancora inferme e piccole nello spirito, e i misteri più facili da credere; invece apprendo a tutte quelle più eccelse e perfette nel sentire i più segreti arcani della sua maestà, suggerendo più alti percorsi di devota frequentazione, e promettendo più alti doni di premi celesti. Infine a quel tale che chiedeva cosa fare per ottenere la vita eterna, quasi si trovasse ancora più in basso, spese i doni comuni della sua generosità, dicendo: *Non ucciderai, non commetterai adulterio, non ruberai, non testimonierai il falso, onora il padre e la madre* (Mt 19, 18-19). E a quello, che poco dopo chiedeva cose più grandi, e quasi desideroso di ascendere al monte delle virtù, *Se vuoi, dice, essere perfetto, va', vendi quello che possiedi, dallo ai poveri e avrai un tesoro nel cielo; e vieni! Seguimi* (ibid. 19, 21)! Il Signore espose la misura di questa condotta non solo insegnando da sé nella carne, ma anche ora non cessa di esporla per mezzo dei ministri della sua parola. Per cui agli stessi testimonia, nella persona del solo servitore buono, che devono dare ai conservi a suo tempo una misura di frumento, cioè offrire conviti di parola in modo opportuno e commisurato alla capacità degli ascoltatori. Che, invero, avvicinandosi la Pasqua, il Signore insegni alle folle, le sani, e le ristori, possiamo interpretarlo misticamente così: perché la nostra Pasqua è detta transitio; sia [perché] quanti il Signore guadagna all'eterna soavità dei suoi doni, senza dubbio li prepara al transitio

TRACTATUS XXIV

Accepit Iesus panes, et cum gratias egisset, distribuit discumbentibus (Io 6, 1-14).

Interrogemus miracula quid nobis loquantur de Christo; habent enim si intelligantur linguam suam. Nam quia ipse Christus Verbum Dei est, etiam factum Verbi, verbum nobis est. Hoc ergo miraculum, sicut audivimus quam magnum sit, quaeramus etiam quam profundum sit. Habet aliquid intus, hoc quod miramur foris.

Erecti ad fidem, et purgati per fidem.

1. Miracula quae fecit Dominus noster Iesus Christus, sunt quidem divina opera, et ad intellegendum Deum de visibilibus admonent humanam mentem. Quia enim ille non est talis substantia quae videri oculis possit, et miracula eius quibus totum mundum regit universamque creaturam administrat, assiduitate viluerunt, ita ut pene nemo dignetur attendere opera Dei mira et stupenda in quolibet seminis grano; secundum ipsam suam misericordiam servavit sibi quaedam, quae faceret opportuno tempore praeter usitatum cursum ordinemque naturae, ut non maiora, sed insolita videndo stuperent, quibus quotidiana viluerant. Maius enim miraculum est gubernatio totius mundi, quam saturatio quinque millium hominum de quinque panibus: et tamen haec nemo miratur: illud mirantur homines non quia maius est, sed quia rarum est. Quis enim et nunc pascit universum mundum, nisi ille qui de paucis granis segetes creat? Fecit ergo quomodo Deus. Unde enim multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multiplicavit quinque panes. Potestas enim erat in manibus Christi: panes autem illi quinque, quasi semina erant, non quidem terrae mandata, sed ab eo qui terram fecit multiplicata. Hoc ergo admotum est sensibus, quo erigeretur mens, et exhibitum oculis ubi exercebatur intellectus, ut invisibilem Deum per visibilia opera miraremur, et erecti ad fidem et purgati per fidem, etiam ipsum invisibiliter videre cuperemus, quem de rebus visibilibus invisibilem nosceremus.

2. Nec tamen sufficit haec intueri in miraculis Christi. Interrogemus ipsa miracula, quid nobis loquantur de Christo: habent enim si intellegantur, linguam suam. Nam quia ipse Christus Verbum Dei est, etiam factum Verbi, verbum nobis est. Hoc ergo miraculum, sicut audivimus quam magnum sit, quaeramus etiam quam profundum sit: non tantum eius superficie delectemur, sed etiam altitudinem perscrutemur. Habet enim aliquid intus, hoc quod miramur foris. Vidimus, spectavimus magnum quiddam, praeclarum quiddam, et omnino divinum, quod fieri nisi a Deo non possit: laudavimus de facto factorem. Sed quemadmodum si litteras pulchras alicubi inspiceremus, non nobis sufficeret laudare scriptoris articulum, quoniam eas pariles, aequales decorasque fecit, nisi etiam legeremus quid nobis per illas indicaverit: ita factum hoc qui tantum inspicit, delectatur pulchritudine facti ut admiretur artificem; qui autem intellegit, quasi legit. Aliter enim videtur pictura, aliter videntur litterae. Picturam cum videris, hoc est totum vidisse, laudasse: litteras cum videris, non hoc est totum; quoniam commoneris et legere. Etenim dicis, cum videris litteras, si forte non eas nosti legere: Quid putamus esse quod hic scriptum est? Interrogas quid sit, cum iam videas aliquid. Aliud tibi demonstraturus est, a quo quaeris agnoscere quod vidisti. Alios ille oculos habet, alios tu. Nonne similiter apices videtis? Sed non similiter signa cognoscitis. Tu ergo vides et laudas: ille videt, laudat, legit et intellegit. Quia ergo vidimus, quia laudavimus, legamus et intellegamus.

¹ Questa prima sezione del cap. VI, apre la trattazione della moltiplicazione dei pani. Unitamente alla prima sezione del cap. VIII, fa eccezione rispetto al resto dell'intero testo per la quasi assoluta indipendenza rispetto alla parallela omelia di Agostino (om. 24). Ne rispetta lo schema complessivo, ma è del tutto autonoma nella stesura del testo; anche le citazioni scritturistiche mostrano chiaramente di attingere ad una versione assai diversa da quella usata da Agostino. Ho evidenziato con vari colori le analogie, anche le più tenui, che possano lasciar pensare al rispetto di un canovaccio in qualche modo comune. Ho tuttavia trovato un breve passo che Beda ha preso dalla quaestio 61, dedicata ai cinque pani della moltiplicazione; la lunga parte restatne della questione sembrerebbe invece non utilizzata. Anche qui segnalo l'inizio e la fine del passo in questione per poi riproporlo, in coda al capitolo, affiancato al testo della intera quaestio.

² Gv 6, 1.

³ Beda ha invertito i numeri; si tratta del Sal 142, 9-10.

⁴ Mt 19, 18-19 Vulg.: “Non homicidium facies; non adulterabis; non facies furtum; non falsum testimonium dices; honora patrem tuum, et matrem tuam,”; Sabatier in nota: “Ms. Corb. 1. [...] *Non occides: Non moechaberis: Non furtum facies: Non falsum testimonium dices.* Corb. 2. cum Clarmont. [...] *Non occides: Non moechaberis: Non furtum facies,* &c. ut in textu. Cantabrig. [...] *Non occides: Non moechaveris: Non furabis: Non falsum testimonium dices.* [...] l. 4. c. 12. p. 241. c. Qua? *Non moechaberis: Non occides: Non furaberis: Non falsum testimonium reddes.* Cypr. l. 3. Testim. p. 303. b. *Dicit illi Iesus: Non occides: Non moechaberis: Non falsum testim. dices.*”. Agostino cita questo passo di Mt nel tractatus 3 §19, commentando il cap.1 di Gv.

⁵ Cfr Lc 12, 42-44.

¹¹ Letteralmente sarebbe: dove prpone / sfoggia la città di ...

¹² Il primo significato di “volumen” proposto dal vocabolario è “rotolo”, quindi volume / libro / scritto. Mi sembra che Beda giochi molto bene su questi due versanti del vocabolo, resi possibili dalla sua radice (v. volvere: girare); i libri di questo mondo sono quindi gorghi (al lago sono frequenti e li chiamiamo mulinelli) che risucchiano verso l'abisso.

¹³ Ancora una volta Beda vuole dare l'immagine del girare in tondo, del rigirarsi inconcludente / senza speranza su se stessi.

¹⁴ NCEI traduce “infirmus” con “sfinito”, ma nel contesto del commento va messa in risalto la condizione di nfermità /malattia.

¹⁵ NCEI rende al presente “deerit”, ma nel contesto del commento è utile rispettare il futuro.

profecto transitum praeprarat: ut carnales videlicet concupiscentias mentis sublimitate transcendant, infirma mundi desideria pariter et adversa coelestis regni spe et amore conculcent, et si necdum anima vel carne ad superna valeant pertingere, quia hoc nimirum in futuro promittitur.

Quidquid tamen carnales quasi altum amplecti conspiciunt, comparatione aeternorum quasi nihil despiciant, juxta exemplum illius qui videns *impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani (Psal. XXXVI)*⁶, transit temporalia contemplando, et quasi jam non esse videbat, quem cito tollendum praevidebat.

*Cum sublevasset oculos Jesus.*⁷ Et venientem ad se multiudinem vidisse perhibetur, divinae pietatis indicium est: quia videlicet cunctis ad se venire quaerentibus, gratia misericordiae coelestis occurrere consuevit, et ne quaerendo errare possint, lucem sui Spiritus aperire currentibus.

Nam quod oculi Jesus dona Spiritus ejus mystice designent, testatur in Apocalypsi Joannes, qui figurate loquens de illo: *Et vidi, inquit, agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem, et oculos septem (Apoc. V)*⁸: qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram.

*Quod tentans Philippum Dominus, Unde, inquit, ememus panes, ut manducent hi?*⁹ Provida utique dispensatione facit, non ut ipse quae non noverat discat, sed ut Philippus tarditatem suae fidei,

quam magistro sciente ipse nesciebat, tentatus agnoscat, et miraculo facto castiget.

Neque enim dubitare debuerat,

praesente rerum creatore, qui *educit panem de terra, et vino laetificat cor hominis (Psal. CIII)*¹⁰, paucorum denariorum panes sufficere turbarum millibus non paucis, ut unusquisque sufficienter acciperet, et jam saturatus abiret.

Quinque autem panes quibus multitudinem populi saturavit, quinque sunt libri Moysi, quibus spiritali intellectu patefactis, et abundantiore jam sensu multiplicatis, auditorum fidelium quotidie corda reficit.

Qui bene hordeacei fuisse referuntur, propter nimirum austeriora legis edicta, et integumenta litterae grossiora, quae interiorem spiritualis sensus quasi medullam celabant. Duo autem pisces, quos addidit, psalmistarum non inconvenienter et prophetarum scripta significant, quoniam uni canendo, alteri colloquendo suis auditoribus futura Christi et Ecclesiae sacramenta narrabant.

Et bene per aquatilia animantia figurantur illius aevi praecones, in quo populus fidelium sine aquis baptismi vivere nullatenus posset.

Sunt qui putant

di salvezza: cioè che trascendano con la sublimità della mente le concupiscenze carnali, conculchino i malfermi desideri del mondo, così come le avversità con la speranza e l'amore del regno celeste, sia - se ancora con l'anima e la carne non sono in grado di raggiungere le realtà superne - perché questo certo è promesso nel futuro. Tuttavia qualsiasi cosa i carnali considerino di abbracciare come elevata, la disprezzino come un nulla a paragone delle realtà eterne, secondo l'esempio di colui che vedendo *l'empio superbamente esaltato, alto come i cedri del Libano (Sal 36, 35)*, contemplando le realtà temporali passò oltre, e guardava come se già non fosse più colui che prevedeva sarebbe presto stato tolto [dal mondo].

Allora Gesù, alzati gli occhi. E si narra che abbia visto una moltitudine venire a lui, è indizio della divina pietà: perché certo era solito venire incontro con la grazia della misericordia divina a quanti venivano a lui impetrando, e, affinché non potessero errare nel chiedere, palesare la luce del suo Spirito a chi accorrevano. Infatti, che gli occhi di Gesù designino misticamente i doni del suo Spirito, lo attesta nell'Apocalisse Giovanni, che, parlando di lui in modo figurato, *Poi vidi, dice, un Agnello, in piedi, come immolato; aveva sette corna e sette occhi, i quali sono i sette spiriti di Dio mandati su tutta la terra (Ap 5, 6)*.

Al che, mettendo alla prova Filippo, il Signore, Dove, disse, potremo comprare il pane perché costoro abbiano da mangiare? Fa certamente un'economia provvidenziale: non per imparare ciò che lui stesso non sapeva, ma perché Filippo, messo alla prova, riconoscesse la lentezza della sua fede, che egli stesso non conosceva - mentre il maestro la conosceva -, e per rimproverarlo col miracolo fatto. Infatti non avrebbe dovuto dubitare che, presente il creatore delle cose - che *trae cibo dalla terra, vino che allieta il cuore dell'uomo (Sal 103, 14-15)* -, pochi denari di pane sarebbero bastati per turbe di non poche migliaia, così che ciascuno ne prendesse a sufficienza e se ne andasse ormai saziato.

Ma i cinque pani, con cui sfamò una moltitudine di popolo, sono i cinque libri di Mosè, con cui - svelatili con comprensione spirituale, e moltiplicatili ormai in un significato più ampio - quotidianamente ristora i cuori dei fedeli che ascoltano. Di essi è ben detto che erano d'orzo, senza dubbio a causa dei più austeri decreti della legge, e dei più gravi rivestimenti della scrittura, che [ne] celavano la profondità del senso spirituale, quasi come un midollo. Poi i due pesci, che aggiunse, in modo non sconveniente significano gli scritti dei salmisti e dei profeti, perché, gli uni cantando e gli altri colloquiando coi loro uditori, narravano i futuri misteri di Cristo e della Chiesa. E opportunamente sono raffigurati da animali acquatici gli araldi di quell'epoca, in cui il popolo dei fedeli in nessun modo avrebbe potuto vivere senza le acque del battesimo. Ci sono di quelli che ritengono

3. Dominus in monte: multo magis intellegamus quia Dominus in monte Verbum est in alto. Proinde non quasi humiliter iacet quod in monte factum est; nec transeunter praetereundum est, sed suspiciendum.

Turbas vidit, esurientes agnovit, misericorditer pavit: non solum pro bonitate, verum etiam pro potestate. Quid enim sola prodesset bonitas, ubi non erat panis, unde turba esuriens pascere? Nisi bonitati adesset potestas, ieiuna illa turba et esuriens remaneret. Denique et discipuli qui erant cum Domino in fame, et ipsi turbas volebant pascere, ut non remanerent inanes, sed unde pascerent non habebant. Interrogavit Dominus unde emerentur panes ad turbas pascendas.

Et ait Scriptura: *Hoc autem dicebat tentans eum: discipulum scilicet Philippum, quem interrogaverat. Ipse enim sciebat quid esset facturus.* Cui ergo bono tentabat, nisi quia ignorantiam discipuli demonstrabat? Et forte in demonstratione ignorantiae discipuli aliquid significavit.

Apparebit ergo, cum ipsum sacramentum de quinque panibus coeperit nobis loqui, et quid significet indicare: ibi enim videbimus quare Dominus in hoc facto ignorantiam discipuli voluit interrogando quod sciebat, ostendere. Nam interrogamus aliquando quod nescimus, audire volentes ut discamus; aliquando interrogamus quod scimus, scire volentes utrum et ille sciat quem interrogamus: utrumque hoc noverat Dominus; et quod interrogabat sciebat, quid enim esset facturus ipse noverat; et hoc nescire Philippum sciebat similiter. Quare itaque interrogabat, nisi quia illius ignorantiam demonstrabat? Et hoc quare fecerit, ut dixi, postea intellegemus.

4. Andreas ait: Est hic puer quidam qui habet quinque panes, et duos pisces; sed haec quid sunt ad tantos? Cum dixisset Philippus interrogatus, ducentorum denariorum panes non sufficere, quibus tanta illa turba reficeretur, erat ibi quidam puer portans quinque panes hordeaceos et duos pisces. *Et ait Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem ibi fenum multum, et discubuerunt ferme quinque millia hominum. Accepit autem Dominus Iesus panes, gratias egit, iussit, fracti sunt panes, positi ante discumbentes.* Non iam quinque panes, sed quod adiecerat, qui creaverat quod auctum erat.

Et de piscibus quantum sufficiebat. Parum est turbam illam fuisse satiatam, etiam fragmenta resederunt: **et ipsa colligi iussa sunt, ne perirent; et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum.**¹⁶

Quinque panes quinque libri Moysi.

5. Breviter ut curramus, quinque panes intelleguntur quinque libri Moysi: merito non triticeo, sed hordeaceo; quia ad Vetus Testamentum pertinent. Nostis autem hordeum ita creatum, ut ad medullam eius vix perveniatur: vestitur enim eadem medulla tegmine paleae, et ipsa palea tenax et inhaerens, ut cum labore exuatur. Talis est littera Veteris Testamenti, vestita tegminibus carnalium sacramentorum: sed si ad eius medullam perveniatur, pascit et satiat.

Ferebat ergo puer quidam quinque panes et duos pisces. Si quaeramus quis fuerit puer iste, forte populus Israel erat: sensu puerili portabat, nec manducabat. Illa enim quae portabat, clausa onerabant, aperta pascebant.

⁶ La citazione riguarda il Sal 36, 35, ma quanto segue riprende i concetti espressi nel v. 36. NCEI traduce: "un malvagio trionfante, gagliardo come cedro verdeggianti", che può stare nel contesto del commento; tuttavia adotto una traduzione che mantenga immagini di elevatezza, perché armonicamente inserite nel discorso che si sta svolgendo.

⁷ Gv 6, 5.

⁸ Ap 5, 6. Fa parte del versetto anche ciò che segue, sino al punto; pertanto in italiano spostato il riferimento ed evidenzio il tutto col corsivo.

⁹ Gv 6, 5-6 Vulg.: "Cum sublevasset ergo oculos Jesus, et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Unde ememus panes, ut manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus.". Beda ne fa un mosaico scomponendo le tessere; tuttavia mantengo il corsivo per facilitare la percezione che si tratta di citazione.

¹⁰ Sal 103, 14-15 Vulg.: "ut educas panem de terra, et vinum laetificet cor hominis:".

¹⁶ La citazione di questo versetto è ripresa da Beda un poco oltre, in corrispondenza della fine di questo tractatus 25 di Agostino.

¹⁷ duos pisces, qui saporem suavem pani dabant, duas illi personas significare, quibus populus ille regebatur, ut per eas consiliorum moderamen acciperet, regiam scilicet et sacerdotalem, ad quas etiam sacrosancta illa unctio pertinebat: quarum officium erat procellis et fluctibus popularibus nunquam frangi atque corrumpi, et violentas turbarum contradictiones tanquam adversantes undas saepe dirumpere, interdum eis, custodita sua integritate, cedere: prorsus more piscium tanquam in procelloso mari, sic in turbulenta populi administratione versari:

quae tamen duae personae Dominum nostrum praefigurabant. Ambas enim solus ille sustinuit, et non figurate, sed proprie solus implevit.

Puer qui quinque panes et duos pisces habuit, nec tamen hos esurientibus turbis distribuit,

sed Domino distribuendos obtulit,

populus est Iudaeorum, litterali sensu puerilis, qui Scripturarum dicta clausa secum tenuit: quae tamen Dominus in carne apparens accepit, et quid intus haberent utilitatis ac dulcedinis, ostendit, quamque multiplici spiritus gratia,

quae pauca ac despecta videbantur, exuberaret, patefecit: haec per apostolos suos apostolorumque successores cunctis nationibus ministranda porrexit.

Unde bene alii referunt evangelistae quia panes et pisces Dominus discipulis suis, discipuli autem ministraverunt turbis (*Matth. XIV; Marc. XVI; Luc. IX*)¹⁸. Cum enim mysterium humanae salutis accepisset enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt in nos confirmatum est. Quinque siquidem panes et duos pisces fregit,

et distribuit discipulis, quando *aperuit illis sensum, ut intelligerent omnia quae scripta essent in lege Moysi, et prophetis et psalmis de ipso (Luc. XXIV)*¹⁹. Discipuli apposuerunt turbis, quando *perfecti praedicaverunt ubique Domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis (Marc. XVI)*. Fenum in quo discumbens turba reficitur, concupiscentia carnalis intelligitur,

quam calcare ac premere debet omnis qui spiritualibus alimentis satiari desiderat.

Omnis enim caro fenum,

*et omnis gloria ejus tanquam flos feni (Isai. XL)*²⁰. Discumbat ergo super fenum, florem feni conterat, id est castiget corpus suum et servituti subiciat, voluptates carnis edomet, luxuriae fluxa restringat, quisquis panis vivi cupit suavitate refici. Quisquis supernae gratiae dapibus renovari cupit, ab infirma vetustate deficiat. Quinque millia viri qui manducaverunt, refectionem vitae eorum qui verbo reficiuntur, insinuant.

Virorum quippe nomine solent in Scripturis perfectiores quique figurari, quos feminea mollities nulla corrumpit: quales esse cupit eos quibus dicit Apostolus:

Vigilate, state in fide, viriliter agite, et confortamini (I Cor. XVI).

Millenarius autem numerus, ultra quem nulla nostra computatio succrescit, plenitudinem rerum de quibus agitur, indicare consuevit. Quinario vero quinque notissimi corporis nostri sensus exprimuntur:

visus videlicet, auditus, gustus, olfactus, et tactus. In quibus singulis quicumque viriliter agere et confortari satagunt, sobrie, et juste, et pie vivendo, ut coelestis sapientiae mereantur dulcedine recreari, nimirum quinque millibus virorum, quos Dominus mysticis dapibus satiavit, figurantur.

Nec praetereundum quod refecturus multitudinem,

gratias egit. Egit quippe gratias, ut et nos de perceptis coelitus muneribus gratias semper agere doceret, et ipse quantum de nostris profectibus gratuletur, et de nostra spirituali refectione gaudeat, intimaret. Vultis etenim nosse, fratres, quantum Salvator noster nostrae gaudeat salutis? Narrat evangelista Lucas, dedisse eum discipulis potestatem calcandi super omnem virtutem inimici²¹; eorumque nomina scripta esse in coelis indicasse²²; et statim infert: *In ipsa hora exsultavit in Spiritu sancto, et dixit:*

che i due pesci, che davano un soave sapore al pane, significano quelle due persone per mezzo delle quali il popolo era retto, così che, per loro tramite, ricevesse il governo delle assemblee, ossia la [persona] regia e la sacerdotale, alle quali competeva anche la sacrosanta unzione. Il loro ufficio era di non essere mai spezzati e corrotti dalle tempeste e dai flutti popolari, e infrangere spesso le violente contraddizioni delle turbe come le onde che si abbattono, talvolta cedere loro, [ma avendo] custodita la propria integrità: come è appunto costume dei pesci in un mare in tempesta, così dedicarsi alla turbolenta amministrazione del popolo. Tuttavia queste due persone prefiguravano nostro Signore. Entrambe infatti egli le rese da solo, e non in modo figurato, ma realmente le portò a compimento.

Il ragazzo che aveva cinque pani e due pesci, tuttavia non li distribuì alle turbe che avevano fame, ma li offrì al Signore perché fossero distribuiti; è il popolo dei Giudei, in senso letterale “puerile”, che tenne chiuse per se le parole delle Scritture; che tuttavia il Signore prese apparendo nella carne, e mostrò cosa avessero all’interno di utile e di dolce, e palesò di quanta molteplice grazia dello spirito sovrabbondassero quelle cose che sembravano di poco conto e trascurabili. Queste offrì perché fossero servite a tutte le nazioni per mezzo dei suoi apostoli e dei successori degli apostoli. Per cui opportunamente gli altri evangelisti riferiscono che il Signore [porse] i pani e i pesci ai suoi discepoli, e che poi i discepoli li servirono alle folle (cfr Mt 14, 19; Mc 6, 41; Lc 9, 16). Che infatti il mistero della salvezza umana cominciasse ad essere annunciato dal Signore ci è confermato da quelli che udirono. Dato che spezzò i cinque pani e i due pesci, e li distribuì ai discepoli, quando *apri loro la mente per comprendere tutte le cose scritte su di [lui] nella legge di Mosè, nei Profeti e nei Salmi (Lc 24, 45. 44)*. I discepoli li porsero alle folle, quando *partirono e predicarono dappertutto, mentre il Signore agiva insieme con loro e confermava la Parola con i segni che la accompagnavano (Mc 16, 20)*. Il fieno su cui siede la folla che viene ristorata, si intende come concupiscentia carnale, che ognuno che desideri essere saziato da alimenti spirituali deve calpestare e schiacciare.

Ogni carne infatti è come fieno

e tutta la sua grazia è come un fiore del fieno (Is 40, 6). Segga dunque sul fieno, calpesti il fiore del fieno, cioè castighi il suo corpo e lo assoggetti a servire, domi i piaceri della carne, isterilisca i flussi della lussuria chiunque desidera essere ristorato dalla soavità del pane vivo. Chiunque desidera essere rinnovato dai conviti della grazia, si allontani dalla malferma vecchiezza. I cinquemila uomini che mangiarono suggeriscono il ristoro della vita di coloro che sono ristorati dalla parola. Difatti col nome di “valorosi”²⁶ nelle Scritture sogliono essere indicati tutti i più perfetti, quelli che nessuna mollezza femminile corrompe; quali desidera che siano coloro ai quali l’Apostolo dice: *Vigilate, state saldi nella fede, comportatevi in modo virile, siate forti (1Cor 16, 13)*. Invece il numero mille, oltre il quale nessun nostro calcolo cresce, è solito indicare la pienezza delle cose di cui si sta trattando. Col cinque invero vengono espressi i notissimi cinque sensi del nostro corpo: la vista certo, l’udito, il gusto, l’olfatto, e il tatto. Tutti quanti si sforzano di comportarsi virilmente in ciascuno di essi, vivendo con sobrietà, e giustizia, e piamente per meritare di essere ricreati dalla dolcezza della sapienza celeste, senza dubbio sono raffigurati dai cinquemila uomini che il Signore ha saziato con cibo celeste. Né va trascurato che, quando stava per ristorare la moltitudine, rese grazie. Rese dunque grazie, sia per insegnare a noi a rendere sempre grazie per i doni ricevuti dal cielo, sia per far sapere quanto egli si rallegri dei nostri progressi, e gioisca del nostro ristoro spirituale. Volete infatti sapere, fratelli, quanto il nostro Salvatore gioisca della nostra salvezza? Narra l’evangelista Luca, che egli diede ai discepoli *il potere di camminare sopra tutta la potenza del nemico*; e che annunciò che i loro *nomi sono scritti nei cieli*; e subito constatata: *In quella stessa ora [...] esultò di gioia nello Spirito Santo e disse: Ti rendo lode, o Padre,*

Duo autem pisces, videntur nobis significare duas illas in Veteri Testamento sublimes personas, quae ungebantur ad populum sanctificandum et regendum, sacerdotis et regis. Et ipse in mysterio venit aliquando, qui per illas significabatur: venit aliquando qui per medullam hordei ostendebatur, per paleam vero hordei occultabatur. Venit ipse unus utramque personam in se portans, sacerdotis et regis: sacerdotis per victimam, quam seipsum obtulit pro nobis Deo; regis, quia regimur ab eo: et aperiuntur quae clausa portabantur. Gratias illi; implevit per se quod per Vetus Testamentum promittebatur. Et frangi iussit panes: frangendo multiplicati sunt. Nihil verius.

Quinque enim illi libri Moysi, quam multos libros, cum exponuntur, tamquam frangendo, id est disserendo, fecerunt? Sed quia in illo hordeo ignorantia primi populi tegebatur, de quo primo populo dictum est: *Quamdiu legitur Moyses, velamen supra corda eorum positum est*: (nondum enim ablatum erat velamen, quia nondum venerat Christus; nondum velum templi fuerat illo in cruce pendente conscissum): quia ergo ignorantia populi erat in Lege, propterea illa Domini tentatio ignorantiam discipuli demonstrabat.

Ad medullam hordei perveniendum.

6. Nihil igitur vacat, omnia innuunt, sed intellectorem requirunt: nam et iste numerus pasti populi,

populum significabat sub Lege constitutum.

Cur enim quinque millia erant,

nisi quia sub Lege erant,

quae Lex quinque libris Moysi explicatur? Unde et quinque illis porticibus languidi prodebantur, non sanabantur.

Ille autem ibi curavit languidum,

qui et hic turbas de quinque panibus pavit. Nam et super fenum discumbebant: carnaliter ergo sapiebant,

et in carnalibus quiescebant.

Omnis enim caro fenum.

Quae sunt autem illa fragmenta, nisi quae populus non potuit manducare? Intelleguntur ergo quaedam secretiora intelligentiae, quae multitudo non potest capere. Quid ergo restat, nisi ut secretiora intelligentiae, quae non potest capere multitudo, illis credantur qui idonei sunt et alios docere, sicut erant Apostoli? Unde duodecim cophini impleti sunt. Factum est hoc et mirabiliter, quia magnum factum est; et utiliter, quia spiritale factum est. Qui tunc viderunt, admirati sunt: nos autem non miramur cum audimus. Factum est enim ut illi viderent, scriptum est autem ut nos audiremus. Quod in illis oculi valuerunt, hoc in nobis fides. Cernimus quippe animo, quod oculis non potuimus: et praelati sumus illis, quoniam de nobis dictum est:

Beati qui non vident, et credunt.

Addo autem quia forte et intelleximus quod illa turba non intellexit. Et vere nos pasti sumus, qui ad medullam hordei pervenire potuimus.

Meruimus nos prophetam ipsum Verbun Dei.

7. Denique homines illi qui viderunt hoc, quid putaverunt? *Illi, inquit, homines cum vidissent quod fecerat signum, dicebant: Quia hic est vere propheta.* Forte adhuc ideo Christum prophetam putabant, quia super fenum discubuerant.

Erat autem ille Dominus Prophetarum, impletor Prophetarum, sanctificator Prophetarum, sed et propheta: nam et Moysi dictum est: *Suscitabo eis prophetam similem tui.*

Similem secundum carnem, non secundum maiestatem. Et de ipso Christo illam Domini promissionem habere intellectum, aperte in Actibus Apostolorum exponitur et legitur. Et ipse Dominus de se ait: *Non est propheta sine honore, nisi in patria sua.* Propheta Dominus,

¹⁷ Inizia il passo ripreso dalle Quaestiones. Per la corrispondenza testuale si veda al termine del capitolo.

¹⁸ In realtà Mc 6, 41.

¹⁹ Lc 24, 44-45 Vulg.: “quoniam necesse est impleri omnia quae scripta sunt in lege Moysi, et prophetis, et Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent Scripturas.”.

²⁰ Is 40, 6 Vulg.: “Omnis caro foenum, et omnis gloria ejus quasi flos agri.”; VL: “Omnis caro foenum, et omnis gloria hominis quasi flos foeni.”; Sabatier in nota: “Apud Ambros. [...] itidem in Psal.118. col. 983. b. & 992. c. additis his, & omnis gloria ejus ut flos foeni.”. NCEI traduce: “Ogni uomo è come l’erba e tutta la sua grazia è come un fiore del campo.”; adeguo la traduzione di “fenum” per omogeneità.

²¹ Lc 10, 19. In italiano viene evidenziato col corsivo.

²² Lc 10, 20. In italiano viene evidenziato col corsivo.

²⁶ Rendere in italiano questa situazione è davvero difficile perché l’italiano conosce una sola parola: “uomo”, che serve sia per designare un qualsiasi rappresentante del genere umano, sia un essere umano maschio; e non conosce un vocabolo per designare l’uomo-uomo, il valoroso, il virile. Greco e latino si servono invece di due distinti vocaboli: “*anthropos* / homo” per un qualsiasi rappresentante del genere umano, o uno di genere maschile; “*anēr* / vir” per l’essere umano maschio, e soprattutto virile / valoroso. In altra

Confiteor tibi, Pater, Domine coeli et terrae, quod abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis (Luc. X). Claret ergo quia salutis ac vitae fidelium congratuletur, qui Patrem gratias agendo collaudat, quod ea quae superbientibus abscondit, humilibus spiritu secreta revelaverat. Quod autem saturata multitudine, iussit discipulos colligere quae superaverunt fragmentorum, ne perirent, hoc profecto signat quia pleraque sunt arcana divinatorum eloquiorum, quae vulgi sensus non capit, nonnulla quae per se quidem minus docti assequi nequeunt. Haec ergo necesse est qui valent, diligentius scrutando colligant, et ad eruditionem minorum suorum vel dicto, vel scripto faciant pervenire, ne alimenta verbi, illorum desidia pereant, plebibusque tollantur, qui haec Domino donante interpretando colligere norunt.

*Collegerunt ergo, inquit, et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum.*²³

Quia duodenario numero solet perfectionis cujuslibet summa figurari, recte per duodecim cophinos fragmentorum plenos, omnis doctorum spiritalium chorus exprimitur, qui obscura Scripturarum, quae per se turbae nequeunt, et meditando colligere, et mandata litteris, suo pariter ac turbarum usui conservare jubentur. Hoc ipsi fecere apostoli et evangelistae, non pauca legis et prophetarum dicta suis, interpretatione addita, inserendo opusculis, hoc sequaces eorum Ecclesiae toto orbe magistri, etiam integros nonnulli utriusque Testamenti libros diligentiore explanatione discutiendo, qui quantumlibet hominibus despecti, coelestis tamen gratiae sunt pane fecundi. Nam servilia cophinis solent opera fieri. Unde de populo qui in luto ac lateribus serviebat in Aegypto dicit Psalmista, *Manus ejus in cophino servierunt (Psal. XX)*²⁴.

*Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum, dicebant, Quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum.*²⁵

Recte quidem dicebant Dominum prophetam magnum, magnae salutis praeconem jam mundo futurum. Nam et ipse prophetam se vocare dignatur, ubi ait: *Quia non capit prophetam perire extra Jerusalem (Luc. XIII).*

Sed nondum plena fide proficiebant, qui hunc etiam Deum dicere nesciebant.

Ergo illi videntes signum quod fecerat Jesus, dixerunt, *Quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum.*²⁷ Nos certiori agnitione veritatis et fidei videntes mundum quem fecit Jesus, et signa quibus illum replevit, dicamus: Quia hic est vere Mediator Dei et hominum, qui in mundo erat divinitate, et mundus per ipsum factus est²⁸; qui in propria venit humanitate quaerere et salvare quod perierat, ac recreare mundum quem fecerat: qui cum suis fidelibus per praesentiam divinitatis est in mundo omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi.

*Jesus autem cum cognovisset quia venturi essent ut raperent eum, et facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus.*²⁹ Datur ergo intelligi quod Dominus cum sederet in monte cum discipulis suis, et videret turbas ad se venientes, descenderat de monte, et circa inferiora loca turbas paverat. Nam quomodo fieri posset ut rursus illuc fugeret, nisi ante de monte descendisset? Significat ergo aliquid, quod Dominus de alto descendit ad pascendas turbas: pavit, et ascendit.

Quare autem ascendit cum cognovisset quod vellent eum rapere, et regem facere? Quid enim, non erat rex, qui timebat fieri rex? Erat omnino, nec talis rex qui ab hominibus fieret, sed talis qui hominibus regnum daret. Nunquid forte et hic aliquid significat nobis Jesus, cujus facta, verba sunt? Ergo in hoc quod voluerunt eum rapere, et regem facere, et propter hoc fugit in montem ipse solus, hoc in illo factum, tacet, nihil loquitur, nihil significat? An forte hoc erat rapere eum, praevenire velle tempus regni

Signore del cielo e della terra, perché hai nascosto queste cose ai sapienti e ai dotti e le hai rivelate ai piccoli (Lc 10, 21). È quindi chiaro che si congratula per la salvezza e la vita dei fedeli, lui che loda il Padre rendendo grazie, perché ha nascosto a chi insuperbisce quei segreti che ha rivelato agli umili di cuore. Che poi, saziata la moltitudine, ordinò ai discepoli di raccogliere i tozzi in eccesso affinché non andassero persi, questo chiaramente indica che ci sono parecchi arcani dei discorsi divini che la percezione del volgo non capisce, e alcuni che i meno dotti non sono certo in grado di comprendere da sé. Questi [arcani] è necessario che coloro che sono capaci li raccolgano scrutando con grande diligenza, e li facciano pervenire, con la parola o con lo scritto, ad erudizione di chi è loro minore, affinché l'alimento della parola non venga meno a causa della loro pigrizia, e sia tolto alle plebi; essi che lo sanno raccogliere, comprendendo, quando il Signore [lo] dona.

Li raccolsero, dice, e riempirono dodici canestri con i pezzi.

Poiché col numero dodici suole essere raffigurata la somma di qualsiasi perfezione, in modo corretto con le dodici ceste piene di tozzi viene espresso tutto il coro dei dottori spirituali, che hanno il compito di raccogliere con la meditazione quelle parti oscure della Scrittura, di cui le turbe da sé non sono in grado, e di conservarle, affidate allo scritto, per l'uso proprio e delle folle. Questo fecero proprio gli apostoli e gli evangelisti, introducendo nei loro opuscoli non pochi detti della legge e dei profeti, con l'aggiunta della interpretazione; questo [fecero] i loro seguaci, maestri della Chiesa in tutto l'orbe, alcuni pure discutendo con spiegazione assai diligente interi libri di entrambi i Testamenti, che, per quanto disprezzati dagli uomini, tuttavia sono fecondi del pane della grazia celeste. Infatti con le ceste si sogliono fare lavori servili. Per cui, del popolo che con fango e laterizi serviva in Egitto, il Salmista dice: *le sue mani hanno deposto la cesta (Sal 80, 7).*

Allora la gente, visto il segno che egli aveva compiuto, diceva: «Questi è davvero il profeta, colui che viene nel mondo!».

Davvero correttamente dicevano il Signore “grande profeta”, ormai prossimo banditore di una grande salvezza per il mondo. Infatti anche lui si è degnato chiamarsi profeta, dove dice: *perché non è possibile che un profeta muoia fuori di Gerusalemme (Lc 13, 33).* Ma non giungevano tuttora alla fede piena, loro che ancora non sapevano dire che costui era Dio. Per cui [essi], visto il segno che egli aveva compiuto, dicevano[no]: «Questi è davvero il profeta, colui che viene nel mondo!». Noi, più sicuri per la conoscenza della verità e vedendo con fede il mondo che Gesù ha fatto e i segni di cui lo ha riempito, diciamo: Costui è davvero il Mediatore di Dio e degli uomini: che era nel mondo con divinità, e il mondo è stato fatto per mezzo di lui: che è venuto nella propria umanità a cercare e salvare ciò che era perduto, e a ricreare il mondo che aveva fatto; che per mezzo dei suoi fedeli attraverso la presenza della divinità è nel mondo tutti i giorni, fino alla consumazione del secolo.

Ma Gesù, sapendo che venivano a prenderlo per farlo re, si ritirò di nuovo sul monte, lui da solo. Ci è dato di capire che il Signore, che stava seduto sul monte con i suoi discepoli, e che vedeva le turbe venire a lui, era disceso dal monte e aveva nutrito le turbe in un luogo più in basso. Come avrebbe potuto, infatti, rifugiarsi di nuovo là, se prima non ne fosse disceso? Significa dunque qualcosa che il Signore scese dall'alto per nutrire le turbe: nutre, e risale.

Ma perché salì quando si accorse che lo volevano rapire, e farlo re? E che, infatti? non era già re, lui che temeva di esser fatto re? Sì, lo era, ma non un re tale da essere fatto dagli uomini, bensì tale da dare il regno agli uomini. Forse che anche qui Gesù non ci suggerisce qualcosa, di cui i fatti sono parole? Dunque che vollero rapirlo, e farlo re, e che perciò fuggì sul monte tutto solo; questo fatto, in sé, tace, non dice nulla, non indica nulla? O forse rapirlo era ciò: voler prevenire il tempo del suo regno? Egli infatti era

et Verbum Dei Dominus, et nullus propheta sine Verbo Dei prophetat: cum Prophetis Verbum Dei, et propheta Verbum Dei. Meruerunt priora tempora Prophetas afflatos, et impletos Verbo Dei: meruimus nos prophetam ipsum Verbum Dei. Sic autem propheta Christus, Dominus Prophetarum;

sicut angelus Christus, Dominus Angelorum. Nam et ipse dictus est magni consilii angelus. Verumtamen alibi quid dicit propheta? Quia non legatus neque angelus, sed ipse veniens salvos faciet eos: id est, ad salvos eos faciendos non mittet legatum, non mittet angelum, sed veniet ipse.

Quis veniet? Ipse angelus. Certe non per angelum, nisi quia iste sic angelus, ut etiam Dominus Angelorum. Etenim Angeli latine nuntii sunt. Si Christus nihil annuntiaret, angelus non diceretur: si Christus nihil prophetaret, propheta non diceretur.

Exhortatus est nos ad fidem, et ad capessendam vitam aeternam: aliquid praesens annuntiavit, aliquid futurum praedixit: ex eo quod praesens annuntiavit, angelus erat; ex eo quod futurum praedixit, propheta erat: ex eo quod Verbum Dei caro factum est, et Angelorum et Prophetarum Dominus erat.

TRACTATUS XXV

Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me (Io 6, 15-40).

Doctor humilitatis venit non facere voluntatem suam, sed voluntatem eius qui misit illum. Veniamus ad eum, intremus ad eum, incorporemur ei, ut nec nos faciamus voluntatem nostram, sed voluntatem Dei; et non nos eiciet foras, quia membra eius sumus, quia caput nostrum esse voluit docendo humilitatem.

1. Hesternam ex Evangelio lectionem, ista est hodierna quae sequitur, unde hodiernus sermo debetur. Facto illo miraculo, ubi quinque millia hominum de quinque panibus pavit Iesus, cum admiratae essent turbae, et eum magnum Prophetam dicerent qui venit in mundum, sequitur hoc:

Iesus ergo cum cognovisset quia venerant ut raperent eum, et facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. Datur ergo intelligi quod Dominus cum sederet in monte cum discipulis suis, et videret turbas ad se venientes, descenderat de monte, et circa inferiora loca turbas paverat. Nam quomodo fieri potest ut rursus illuc fugeret, nisi ante de monte descenderet? Significat ergo aliquid, quod Dominus de alto descendit ad pascendas turbas. Pavit, et ascendit.

2. Quare autem ascendit, cum cognovisset quod eum vellent rapere et regem facere? Quid enim? non erat rex, qui timebat fieri rex? Erat omnino: nec talis rex qui ab hominibus fieret, sed talis qui hominibus regnum daret. Numquid forte et hic aliquid significat nobis Iesus, cuius facta verba sunt? Ergo in hoc quod voluerunt eum rapere et regem facere, et propter hoc fugit in montem ipse solus, hoc in illo factum tacet, nihil loquitur, nihil significat? An forte hoc erat rapere eum, praevenire velle tempus

occasione ho spiegato i motivi che mi hanno indotto a servirmi di “valoroso” per cercare di rendere questa accezione di “vir”. Qui, dapprima, il brano evangelico si serve di “viri” per indicare i maschi (aventi personalità giuridica) al fine di contare i presenti; Beda, invece, volendo proporre un significato mistico, lo considera nell’accezione di “valoroso”; da qui la scelta di usare in italiano due diversi termini, scelta che tuttavia elimina il gioco linguistico.

²³ Gv 6, 13. La citazione di questo versetto è presente questo tractatus 24 di Agostino un poco prima, in corrispondenza della fine del §4.

²⁴ In realtà Sal 80, 7.

²⁵ Gv 6, 14. Agostino cita questo versetto in questo tractatus 24, poco sopra, all’inizio del§7; evidenziato pari colore

²⁷ Gv 6, 14.

²⁸ Gv 1, 10; in italiano viene evidenziato.

²⁹ Gv 6, 15 Vulg.: “Jesus ergo ...”; Sabatier in nota: “Cantabrig. *Jesus autem* [...] S. German. [...] habet, *Jesus autem*.”.

ejus? Etenim venerat modo non jam regnare, quomodo regnaturus est in eo quod dicimus, *Adveniat regnum tuum* (Matth. VI; Luc. VI)³⁰. Semper quidem ille cum Patre regnat, secundum quod est Filius Dei, Verbum Dei, Verbum per quod facta sunt omnia. Praedixerunt autem prophetae regnum ejus etiam secundum quod homo factus est Christus, et fecit fideles suos Christianos. Erit ergo regnum Christianorum, quod modo colligitur, quod modo comparatur, quod modo emitur sanguine Christi:

erit aliquando manifestum regnum, quando erit aperta claritas sanctorum ejus propter iudicium ab eo factum, quod iudicium supra ipse dixit quod Filius hominis facturus sit³¹; de quo regno etiam Apostolus dicit, *Cum tradiderit regnum Deo et Patri* (I Cor. XV). Unde etiam ipse dicit, *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi* (Matth. XXV)³².

Discipuli autem et turbae credentes in eum putaverunt illum sic venisse, ut iam regnaret. Hoc est velle rapere, et regem facere, praevenire velle tempus ejus, quo ipse caput se occultabat, ut opportune prodiret, et opportune in fine saeculi se declararet.

Quare autem dictum est *fugit*? Neque enim si nollet, teneretur; si nollet, raperetur;

qui si nollet, nec agnosceretur.

Sed hoc significative factum est. Solus fugit, ne carnaliter regnaret: quia solus ascendit in coelum, unde spiritualiter regnaret in sanctis suis.

Fugit in montem ipse solus,³³ primogenitus a mortuis³⁴, ascendens super omnes caelos³⁵, et interpellans pro nobis³⁶.

Quem sacerdos significabat semel in anno sancta sanctorum ingrediens non sine sanguine, ut interpellaret pro populo³⁷,

sursum posito solo in monte agno, qui intravit in interiora veli. foris populo constituto (Coloss. I; Psal. LXXI; Rom. VIII; Levit. XVI; Hebr. IX)³⁸.

venuto non già per regnare, benché regnerà in futuro secondo quanto diciamo: *Venga il tuo regno* (Mt 6, 10, Lc 11, 2). Certo, sempre egli regna col Padre, in quanto è Figlio di Dio, Verbo di Dio, Verbo per mezzo del quale sono state fatte tutte le cose. Ma i profeti avevano predetto il suo regno anche in quanto è Cristo fatto uomo, e ha reso i suoi fedeli Cristiani. Ci sarà dunque un regno dei Cristiani, che ora è in allestimento, che ora viene preparato, che ora viene acquistato dal sangue di Cristo. Un giorno il regno sarà manifesto, quando sarà palese la gloria dei suoi santi a causa del giudizio fatto da lui; giudizio che egli stesso ha detto più sopra che il Figlio dell'uomo farà; regno di cui anche l'Apostolo dice: *quando egli consegnerà il regno a Dio Padre* (1Cor 15, 24). Per cui egli stesso dice: *Venite, benedetti del Padre mio, ricevete [...] il regno preparato per voi fin dalla creazione del mondo* (Mt 25, 34). Ma i discepoli e le turbe che credevano in lui, reputarono che egli fosse venuto per regnare già. Questo è voler rapire, e fare re, voler anticipare il suo tempo, in cui il capo stesso si nascondeva, per mostrarsi a tempo opportuno, e dichiararsi opportunamente alla fine del secolo.

Ma perché viene detto *fuggì*? Infatti, se non voleva, non l'avrebbero preso, se non voleva, non l'avrebbero rapito;

poiché se non voleva, neppure sarebbe stato riconosciuto.

Ma ciò è stato fatto significativamente. Fuggì da solo, per non regnare carnalmente; che da solo ascese al cielo, onde regnare spiritualmente nei suoi santi.

Si ritirò [...] sul monte, lui da solo, primogenito [di coloro che risorgono] dai morti, che ascende al di sopra di tutti i cieli, e che intercede per noi.

Lo significava il sacerdote entrando una volta all'anno nel santo dei santi, e non senza del sangue, per impetrare per il popolo,

posto in alto sul monte un solo agnello, egli che penetrò al di là della tenda, mentre il popolo fuori era radunato (Col 1; Sal 71, Rm 8, Lv 16, Ebr 9).

regni eius? Etenim venerat modo, non iam regnare, quomodo regnaturus est in eo quod dicimus: *Adveniat regnum tuum*. Semper quidem ille cum Patre regnat secundum quod est Filius Dei, Verbum Dei, Verbum per quod facta sunt omnia.

Praedixerunt autem Prophetae regnum eius, etiam secundum id quod homo factus est Christus, et fecit fideles suos Christianos. Erit ergo regnum Christianorum quod modo colligitur, quod modo comparatur, quod modo emitur sanguine Christi:

erit aliquando manifestum regnum eius, quando aperta erit claritas sanctorum eius post iudicium ab eo factum; quod iudicium supra ipse dixit quod filius hominis facturus sit.

De quo regno etiam Apostolus dixit: *Cum tradiderit regnum Deo et Patri*.

Unde etiam ipse ait: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi*.

Discipuli autem et turbae credentes in eum, putaverunt illum sic venisse ut iam regnaret: hoc est velle rapere et regem facere, praevenire velle tempus eius, quod ipse apud se occultabat, ut opportune proderet, et opportune in fine saeculi declararet.

3. Nam ut noveritis quia regem cum volebant facere, id est, antevenire, et iam habere manifestum Christi regnum, quem primo oportebat iudicari, et deinde iudicare: ubi crucifixus est, et illi qui in eum sperabant, spem resurrectionis eius perdidierant, resurgens a mortuis invenit inde duos cum desperatione sibi sermocinantes, et cum gemitu quae gesta fuerant colloquentes; et apparens eis velut incognitus, cum oculi eorum tenerentur ne ab eis agnosceretur, sermonem tractantibus miscuit: at illi narrantes ei unde sermocinarentur, dixerunt quia ille magnus propheta in factis et dictis occisus esset a principibus sacerdotum; *Et nos*, inquit, *sperabam quia ipse esset redempturus Israel*. Recte sperabatis, verum sperabatis: in illo est redemptio Israel. Sed quid festinatis? Rapere vultis. Illud etiam indicat nobis hunc sensum, quia cum ab eo quaerent discipuli de fine, dixerunt ei: *Si hoc in tempore praesentaberis, et quando regnum Israel?* Iam enim esse cupiebant, iam volebant; hoc est rapere velle, et regem facere. Sed ait discipulis, quia adhuc solus ascensurus erat: *Non*, inquit, *est vestrum scire tempora vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem ex alto, Spiritum sanctum supervenientem in vos, et eritis mihi testes in Ierusalem, et in omni Iudaea et Samaria, et usque in fines terrae*. Vultis ut iam exhibeam regnum; prius colligam quod exhibeam: altitudinem amatis, et altitudinem adipiscemini; sed per humilitatem me sequimini. Sic de illo etiam praedictum est: *Et congregatio populorum circumdabit te, et propter hanc in altum regredere*; id est, ut circumdet te congregatio populorum, ut multos colligas, regredere in altum. Sic fecit; pavit, et ascendit.

4. Quare autem dictum est, *fugit*? Neque enim vere si nollet teneretur, si nollet raperetur,

qui si nollet nec agnosceretur.

Nam ut noveritis hoc mystice factum, non ex necessitate, sed ex significante dispositione, modo in consequenti videbitis; quia eisdem turbis quae eum quaerebant apparuit, et cum eis loquens multa eis dixit, multa de pane coelesti disputavit: nonne cum ipsis de pane disputans erat, a quibus ne teneretur aufugerat? Non ergo et tunc poterat agere ut non ab eis comprehenderetur, quemadmodum postea quando cum eis loquebatur? Aliquid ergo significavit fugiendo. Quid est, *fugit*? Non potuit intellegi altitudo eius. Quidquid enim non intellexeris: Fugit me, dicis. Ergo *fugit iterum in montem ipse solus*. Primogenitus a mortuis ascendens super omnes coelos, et interpellans pro nobis.

Crescunt tenebrae et nondum venit Iesus.

5. Interea illo

sursum posito solo sacerdote magno, (qui intravit in interiora veli, foris populo constituto

³⁰ In realtà Lc 11, 2.

³¹ cfr Gv 5, 22.

³² Mt 25, 34 Vulg.: “Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.”; Sabatier in nota: “Irenaeus l. 4. c. 18. p. 251. d. *Venite bened. Patris mei, percipite praeparatum vobis regnum: esurivi, &c. & cap. 40. p. 287. c. percipite regnum, quod paratum est vobis: & cap. 28. p. 266. b. percipite haereditatem regni, quod praeparatum est vobis in sempiternum.* Cypr. l. de op. & eleem. p. 245. b. [...] *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi: [...]* Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 234. vel 236. g. & Epiphany. in 2. 6. 14. & 3. 8. Cantici Cantic. *Venite percipite regnum, quod vobis paratum ab origine mundi.* [+ Agostino].”

³³ Gv 6, 15 Vulg.: “fugit iterum in montem ipse solus.”

³⁴ Col 1, 18 Vulg.: “primogenitus ex mortuis”.

³⁵ Ef 4, 10 Vulg.: “qui ascendit super omnes coelos”.

³⁶ Rm 8, 34 Vulg.: “qui etiam interpellat pro nobis”.

³⁷ Ebr 9, 6-7 Vulg.: “His vero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introbant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes: in secundo autem semel in anno solus pontifex non sine sanguine, quem offert pro sua et populi ignorantia.”

³⁸ Come si è visto, queste citazioni sono disseminate nelle righe che precedono; l'unica di cui non sono riuscito a ritracciare il versetto di riferimento è quella relativa al salmo. Tra parentesi ho lasciato la citazione dei soli capitoli perché il riferimento non si limita al versetto.

Sed videamus, illo intra velum coelestis altitudinis morante, quid discipuli in navicula patiebantur. Quid est navicula quae a fluctibus jactatur, nisi Ecclesia, quae persecutionibus fatigatur et foris, et intus? Foris a paganis aperta persecutione, intus a falsis fratribus occulta seditione. Ideo addidit:

*Ut autem sero factum est, descenderunt discipuli ejus ad mare: et cum ascendissent naviculam, venerunt trans mare in Capharnaum.*³⁹ Cito dixit finitum, quod postea factum est. Venerunt trans mare in Capharnaum, et rediit ut exponat quomodo venerunt, quia per stagnum navigantes transierunt: et cum navigarent ad eum locum quo eos venisse iam dixit, recapitulando exponit quid acciderit.

*Tenebrae jam factae erant, et non venerat ad illos Iesus.*⁴⁰ Quantum accedit finis mundi, crescunt errores, crescunt terrores, crescit iniquitas, crescit infidelitas; lux denique, quae charitas apud Joannem ipsum Evangelistam satis aperteque monstratur, ita ut diceret: *Qui odit fratrem suum, in tenebris est (I Joan. II)*, creberrime exstinguitur.

Refrigescente charitate, abundante iniquitate, ipsi sunt fluctus navem turbantes, tempestates, et venti clamores sunt maledictorum: inde charitas refrigescit, inde fluctus augentur, turbatur navis.

Vento magno flante mare exsurgebat,⁴¹ tenebrae crescebant, intelligentia minuebatur, iniquitas augebatur.

Tamen inter haec omnia navis ibat, ad terram properabat, portum quaerebat. Ita inter omnia tentamentorum genera Ecclesia proficiebat. Laborat, sed non mergitur. Christum exspectat, quando per eum ad portum perveniat tranquillitatis.

Cum ergo remigassent stadia viginti quinque aut triginta,⁴²

crescunt fluctus, augentur tenebrae, saeviunt tempestates; tamen navis ambulat.

*Qui perseveraverit in finem, hic salvus erit (Matth. X)*⁴³.

Nec ipse stadiorum numerus contemnendus esse

videtur; nam quare dixisset evangelista, *Quasi stadiis viginti quinque aut triginta?* sufficeret dicere, *viginti quinque, aut triginta*. Quos numeros, aestimantis voce, non affirmantis protulit idem evangelista.

Quaeramus numerum viginti quinque unde constat, unde fiat? De quinario. Quinarius ille numerus ad legem pertinet: ipsi sunt quinque libri Moysi, ipsae sunt quinque porticus illos languidos continentes, ipsi quinque panes quinque millia hominum pascentes. Ergo legem significat numerus viginti quinque, quoniam quinque per quinque, id est quinquies quinque faciunt viginti quinque, quadratum quinarium. Sed huic legi, antequam Evangelium veniret, deerat perfectio. Perfectio autem in senario numero comprehenditur.

Nam senarius numerus perfectus est, et partibus suis impletur, id est 1, 2, 3, nec aliae partes in eo inveniri possunt, nec illae partes conjunctae aliud quid conficere possunt nisi senarium numerum;

propterea sex diebus Deus mundum perfecit (*Gen. II*), et quinque ipsi per sex multiplicantur, ut lex per Evangelium adimpleatur, ut fiant sexies quini triginta. Ad eos

Ma vediamo, mentre egli dimora al di là del velo delle altitudini celesti, cosa pativano i discepoli nella barca. Cos'è la barca sbalottata dalle onde se non la Chiesa, che è spossata dentro e fuori dalle persecuzioni? Fuori dai pagani con aperta persecuzione, dentro dai falsi fratelli con occulta sedizione. Perciò aggiunse:

Venuta intanto la sera, i suoi discepoli scesero al mare, salirono in barca e si avviarono verso l'altra riva del mare in direzione di Cafarnaum. Subito dice concluso ciò che accadrà poi. *Arrivarono verso l'altra riva del mare, in direzione di Cafarnaum*, e tornò indietro a spiegare in che modo arrivarono, perché attraversarono il lago remando. E mentre remavano verso quel luogo dove prima aveva detto che erano già arrivati, ricapitolando ci spiega cosa accadde:

Era ormai buio e Gesù non li aveva ancora raggiunti. Con l'avvicinarsi della fine del mondo, crescono gli errori, crescono i terrori, cresce l'iniquità, cresce l'infedeltà; infine la luce, che presso l'evangelista Giovanni chiaramente è mostrata come carità – al punto da dire: *chi odia suo fratello è nelle tenebre (1Gv 2, 11)* –, progressivamente si estingue.

La carità che si raffredda, e l'iniquità che abbonda: sono questi i flutti che agitano la barca, le tempeste, e i venti sono le grida dei malvagi; di qui la carità si raffredda, di qui i flutti si ingrossano, la barca è scossa.

Il mare era agitato, perché soffiava un forte vento; le tenebre crescevano, la comprensione diminuiva, l'iniquità aumentava.

Tuttavia la barca avanzava tra tutte queste cose, si affrettava a terra, cercava il porto. Così, fra tormenti di ogni genere, la Chiesa s'avanzava. Fatica, ma non è sommersa. Aspetta Cristo, quando grazie a lui perverrà al porto della tranquillità.

Dopo aver remato per [...] venticinque o trenta stadi,

crescono i flutti, si infittiscono le tenebre, infuriano le tempeste; tuttavia la barca cammina. *Ma chi avrà perseverato fino alla fine sarà salvato (Mt 10, 22)*. Né sembra che sia da trascurare il numero degli stadi;

infatti per che motivo l'evangelista avrebbe detto, *circa venticinque o trenta stadi*? Era sufficiente dire, *venticinque o trenta*. Numeri che, con fare di chi stima, e non di chi afferma, propose lo stesso evangelista.

Esaminiamo il numero venticinque come si compone, da dove viene? Dal cinque. Il numero cinque si riferisce alla legge: gli stessi libri di Mosè sono cinque, gli stessi portici che raccoglievano gli infermi sono cinque, cinque gli stessi pani che hanno nutrito cinquemila persone. Dunque il numero venticinque significa la legge, perché cinque per cinque, cioè cinque volte cinque, fa venticinque, il quadrato di cinque. Ma a questa legge, prima che venisse il Vangelo, mancava la perfezione. E la perfezione è racchiusa nel numero sei.

Infatti il numero sei è perfetto, e completato dalle sue parti, cioè 1, 2, 3, né si possono trovare in esso altre parti, né quelle parti congiunte possono comporre altro se non il numero sei;

siccome in sei giorni Dio perfezionò⁹¹ il mondo (cfr Gn 2, 1-2): si moltiplicano i cinque per sei, come la legge è portata a compimento dal Vangelo, come sei per cinque fanno

hunc enim sacerdos ille in Lege veteri significavit, qui hoc semel in anno faciebat): illo ergo sursum posito, discipuli in navicula quid patiebantur? Nam illo in altis constituto, navicula illa Ecclesiam praesignabat. Si non hoc primo in Ecclesia intellegimus, quod illa navicula patiebatur; non erant illa significantia, sed simpliciter transeuntia: si autem videmus exprimi in Ecclesia veritatem illarum significationum; manifestum est quia facta Christi genera sunt locutionum.

Ut autem sero factum est, inquit, descenderunt discipuli ejus ad mare: et cum ascendissent naviculam, venerunt trans mare in Capharnaum. Cito dixit finitum quod postea factum est. *Venerunt trans mare in Capharnaum*.

Et rediit, ut exponat quomodo venerunt, quia per stagnum navigantes transierunt.

Et dum navigarent ad eum locum quo eos venisse iam dixit,

recapitulando exponit quid acciderit:

Tenebrae iam factae erant, et non venerat ad eos Iesus. Merito tenebrae, quia lux non venerat:

Tenebrae iam factae erant, et non venerat ad eos Iesus. Quantum accedit finis mundi, crescunt errores, crebrescunt terrores, crescit iniquitas, crescit infidelitas:

lux denique quae caritas apud Joannem ipsum evangelistam satis aperteque demonstratur, ita ut diceret: *Qui odit fratrem suum, in tenebris est*, creberrime exstinguitur:

crescunt istae tenebrae odiorum fratrum, quotidie crescunt; et nondum venit Iesus.

Unde apparet quia crescunt? *Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet caritas multorum.* Crescunt tenebrae, et nondum venit Iesus. Crescentibus tenebris,

refrigescente caritate, abundante iniquitate, ipsi sunt fluctus navem turbantes: tempestates et venti, clamores sunt maledicorum. Inde caritas refrigescit, inde fluctus augentur, et turbatur navis.

6. Vento magno flante mare exsurgebat. Tenebrae crescebant, intelligentia minuebatur, iniquitas augebatur.

Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta.

Interea ambulabant, promovebant, nec venti illi et tempestates et fluctus et tenebrae id agebant, ut vel navis non promoveretur, vel soluta mergeretur: sed inter illa omnia mala ibat. Etenim quia abundavit iniquitas, et refrigescit caritas multorum,

crescunt fluctus, augentur tenebrae, saevit ventus: sed tamen navis ambulat.

Qui enim perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

Nec ipse stadiorum numerus contemnendus est.

Neque enim vere posset nihil significare quod dictum est: *Cum remigassent stadia viginti quinque aut triginta, tunc ad eos venit Iesus.* Sufficeret *viginti quinque*, sufficeret *triginta*, maxime quia aestimantis erat, non affirmantis. Numquid periclitaretur veritas in aestimante, si diceret stadia ferme triginta, aut stadia ferme viginti quinque? Sed ex viginti quinque fecit triginta.

Quaeramus numerum vigesimum quintum. Unde constat, unde fit? De quinario. Quinarius ille numerus ad Legem pertinet. Ipsi sunt quinque libri Moysi, ipsae sunt quinque porticus illae languidos continentes, ipsi quinque panes quinque millia hominum pascentes. Ergo Legem significat numerus vigesimus quintus: quoniam quinque per quinque, id est, quinquies quini, faciunt viginti quinque, quadratum quinarium. Sed huic Legi antequam Evangelium veniret, deerat perfectio. Perfectio autem in senario numero comprehenditur.

Propterea sex diebus Deus mundum perfecit, et quinque ipsa per sex multiplicantur, ut Lex per Evangelium adimpleatur, ut fiant sexies quini triginta. Ad eos ergo qui implent

³⁹ Gv 6, 16-17 Vulg. ha "navem"; Sabatier in nota attesta "naviculam" solo per Agostino.

⁴⁰ Gv 6, 17.

⁴¹ In realtà è citazione di Gv 6, 18 Vulg.: "Mare autem, vento magno flante, exsurgebat." In italiano viene evidenziato col corsivo.

⁴² In realtà è citazione di Gv 6, 19 Vulg.: "Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta." Nella traduzione NCEI gli stadi vengono convertiti in miglia ("tre o quattro miglia"), ma è essenziale mantenerli ai fini dello svolgersi del commento.

⁴³ Mt 10, 22 Vulg.: "Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit."

⁹¹ Il verbo latino "perficere" significa esattamente "fare fino in fondo / del tutto", quindi "compiere / completare" ma anche "perfezionare". Lo illustrano molto chiaramente proprio i versetti di Gn 2, 1-2 richiamati da Beda: "Igitur perfecti sunt caeli et terra, et omnis ornatus eorum. Complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat: et requievit die septimo ab universo opere quod patrarat.", dove compaiono entrambi i verbi per dire la medesima cosa, ma con una sfumatura: il sesto giorno (ultimo in cui crea) si dice che

ergo qui implent legem venit Iesus, et venit quomodo fluctus calcans, omnes tumores mundi sub pedibus habens, omnes celsitudines saeculi premens;

et tamen tantae sunt tribulationes, ut etiam ipsi qui crediderunt Iesum, et qui conantur perseverare, expavescent, ne deficiant a Christo, fluctus calcantes saeculi.

Cur timet Christianus, **dum** Christus loquitur: *Ego sum, nolite timere; confidite, ego vici mundum* (Joan. XVI)⁴⁴.

*Voluerunt ergo eum accipere in navem, agnoscentes ac gaudentes securi facti, et statim fuit navis ad terram in quam ibant.*⁴⁵ Factus est finis ad terram, de humido ad solidum, de turbato ad firmum, de itinere ad fidem⁴⁶, id est ad perfectam tranquillitatem, quae non erit nisi in portu aeternae serenitatis; ubi tota charitas, et nulla iniquitas; tota felicitas, et nulla perturbatio⁴⁷, ubi sine fine regnabunt qui hic fortiter usque in finem vitae suae laborant.

Altera die, turba quae stabat trans mare, vidit quia alia navicula non esset ibi nisi una, et quia non introisset Iesus cum discipulis suis in navem, sed soli discipuli ejus abissent. Aliae vero supervenerunt naves a Tiberiade iuxta locum ubi manducaverant panem, gratias agentes Domino.

*Cum ergo vidisset turba quia Iesus non esset ibi, neque discipuli ejus, ascenderunt in naviculas, et venerunt Capharnaum, quaerentes Iesum.*⁴⁸ Insinuatum est tamen illis tam magnum miraculum. Viderunt enim quod discipuli soli ascendissent in navem, et quia navis non ibi erat. Venerunt autem inde et aliae naves iuxta locum illum ubi manducaverant panem, in quibus eum turbae secutae sunt cum discipulis: ergo non ascenderat, alia navis illic non erat. Unde subito trans mare factus est Iesus, nisi quia super mare ambulavit, ut miraculum monstraret?

*Et cum invenissent eum*⁴⁹ turbae. Ecce praesentat se turbis, a quibus rapi timuerat, et in montem confugerat. Omnino confirmat et insinuat nobis in mysterio dicta esse illa omnia et facta in magno sacramento, ut aliquid significarent. Ecce ille qui in montem fugerat turbas, nonne cum ipsis turbis loquitur? Modo teneant, modo regem faciant.

*Et cum invenissent eum trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc venisti?*⁵⁰

Ille post miraculi sacramentum, et sermonem infert: ut si fieri potest, qui pasti sunt, pascantur: et quorum satiavit panibus ventrem,

trenta. Dunque Gesù viene a coloro che compiono la legge, e viene come calcando i flutti, tenendo sotto i piedi ogni tumore⁹² del mondo, schiacciando ogni celsitudine⁹³ del secolo;

e tuttavia sono tali le tribolazioni, che anche quelli che hanno creduto in Gesù, e che si sforzano di perseverare, paventano di defezionare da Cristo, dato che calcano i flutti del secolo.

Perché teme il Cristiano, mentre Cristo dice: *Sono io, non abbiate paura! abbiate coraggio: io ho vinto il mondo!* (Gv 16, 33).

Allora vollero prenderlo sulla barca, assicurati nel riconoscerlo e gioirne, e subito la barca toccò la riva alla quale erano diretti. Raggiunta finalmente la riva, dall'umido al solido, dal mosso al fermo, dal cammino alla fede, cioè alla perfetta tranquillità, che non sarà se non nel porto dell'eterna serenità; dove tutto [è] carità, e nulla iniquità; tutto è felicità, e nulla turbamento, dove senza fine regneranno coloro che qui faticano con tenacia sino alla fine della propria vita.

Il giorno dopo, la folla, rimasta dall'altra parte del mare, vide che c'era soltanto una barca e che Gesù non era salito con i suoi discepoli sulla barca, ma i suoi discepoli erano partiti da soli. Altre barche erano giunte da Tiberiade, vicino al luogo dove avevano mangiato il pane, dopo che il Signore aveva reso grazie. Quando dunque la folla vide che Gesù non era più là e nemmeno i suoi discepoli, salì sulle barche e si diresse alla volta di Cafarnaon alla ricerca di Gesù. Nondimeno si insinua in loro un grande miracolo. Videro, infatti, che solo i discepoli erano saliti nella barca e che lì non c'era la barca. Vennero poi anche delle barche dai dintorni del luogo dove avevano mangiato il pane, per mezzo delle quali le turbe lo avevano seguito con i discepoli; dunque, non era salito, [e] non c'era là altra barca. Come mai Gesù all'improvviso si è trovato al di là del mare, se non perché camminava sul mare, per mostrare un miracolo? *Lo trovarono* le turbe. Ecco, si presenta alle turbe dalle quali aveva temuto di essere rapito, e si era rifugiato sul monte. Senza dubbio ci conferma e suggerisce che tutto questo vien detto nel mistero, e fatto in un grande sacramento⁹⁴, perché significassero qualcosa. Ecco, colui che sul monte aveva fuggito le turbe, non s'intrattiene con queste stesse turbe? Adesso lo prendano, adesso lo facciano re.

Lo trovarono di là dal mare e gli dissero: «Rabbi, quando sei venuto qua?».

A conclusione del “sacramento” del miracolo, introduce un discorso; così da nutrire, se fosse possibile, quelli che già ha nutrito; e da saziare con le parole la mente di coloro

Legem, venit Iesus. Et venit, quomodo? Calcans fluctus; omnes tumores mundi sub pedibus habens, omnes celsitudines saeculi premens.

Hoc agitur quantum additur tempori, et quantum accedit aetas saeculi. Augentur in isto mundo tribulationes, augentur mala, augentur contritiones, exaggerantur haec omnia: Iesus transit, calcans fluctus.

7. Et tamen tantae sunt tribulationes, ut etiam ipsi qui crediderunt in Iesum, et qui conantur perseverare usque in finem, expavescant ne deficiant: Christo fluctus calcante, saeculi

ambitiones et altitudines deprimente, expavescit christianus. Nonne haec illi praedicta sunt? Merito et Iesu in fluctibus ambulante, *timuerunt*: quomodo Christiani quamvis habentes spem in futuro saeculo, quando viderint deprimi altitudinem saeculi huius, plerumque conturbantur de contritione rerum humanarum. Aperiunt Evangelium, aperiunt Scripturas; et inveniunt ibi ista omnia praedicta; quia hoc Dominus facit. Deprimit celsitudines saeculi, ut ab humilibus glorificetur. De quorum altitudine praedictum est: *Civitates firmissimas destrues*; et: *Inimici defecerunt frameae in finem, et civitates destruxisti.*

Quid ergo timetis, Christiani? Christus loquitur: *Ego sum, nolite timere.*

Quid haec expavescit? Quid timetis? Ego ista praedixi, ego facio, necesse est ut fiant. *Ego sum, nolite timere.*

Voluerunt ergo eum accipere in navim, agnoscentes ac gaudentes, securi facti. Et statim fuit navis ad terram in quam ibant. Factus est finis ad terram: de humido ad solidum, de turbato ad firmum, de itinere ad finem.

8. *Altera die turba quae stabat trans mare, unde illi venerant, vidit quia navicula non erat ibi nisi una, et quia non introisset cum discipulis suis in navem, sed soli discipuli eius abiissent: aliae vero supervenerunt naves a Tiberiade, iuxta locum ubi manducaverunt panem, gratias agentes Domino.*

Cum ergo vidissent turbae quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in naviculas, et venerunt Capharnaum quaerentes Iesum. Insinuatum tamen est illis tam magnum miraculum. Viderunt enim quod discipuli soli ascendissent in navem, et quia alia navis non ibi erat. Venerunt autem inde et naves iuxta locum illum ubi manducaverunt panem, in quibus eum turbae secutae sunt. Cum discipulis ergo non ascenderat, alia navis illic non erat: unde subito trans mare factus est Iesus, nisi quia super mare ambulavit, ut miraculum monstraret?

9. *Et cum invenissent eum turbae.* Ecce praesentat se turbis, a quibus se rapi timuerat, et in montem fugerat. Omnino confirmat et insinuat nobis in mysterio dicta esse illa omnia; et facta in magno sacramento, ut aliquid significarent.

Ecce est ille qui in montem fugerat turbas: nonne cum ipsis turbis loquitur?

Modo teneant, modo regem faciant.

Et cum invenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti?

Vix quaeritur Iesus propter Iesum.

10. Ille post miraculi sacramentum, et sermonem infert, ut si fieri potest, qui pasti sunt, pascantur, et quorum satiavit panibus ventres,

“sono stati fatti del tutto / perfecti sunt” i cieli e la terra, mentre il settimo giorno (del riposo) si dice che “completò /portò a compimento / fu piena / complevit” l’opera che aveva fatto. In italiano ho optato per “perfezionò” in quanto il commento sta mettendo in risalto questo aspetto.

⁴⁴ La citazione è complessa. La prima parte è Gv 6, 20: “Ego sum, nolite timere.”, la seconda Gv 16, 33: “In mundum pressuram habetis: sed confidite, ego vici mundum.”; ma le unisce Mc 6, 50-51 che, raccontando l’episodio del lago, dice: “Omnes enim viderunt eum, et conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, et dixit eis : Confidite, ego sum: nolite timere. 51 Et ascendit ad illos in navim, et cessavit ventus.”.

⁴⁵ Gv 6, 21. “agnoscentes ac gaudentes securi facti,” non è citazione ma inserto dell’autor; pertanto in italiano non viene evidenziato col corsivo.

⁴⁶ Agostino qui ha “finem”, che, effettivamente, forma un contrappasso esatto con “itinere”. Tuttavia anche la “fidem” di Beda, pur essendo probabilmente un errore di stampa, può avere una sua ragionevolezza, specie in ragione di quanto segue immediatamente.

⁴⁷ “Perturbatio” è termine che ricorre nell’embolismo che, nella Messa, fa seguito al Padre nostro: “... ab omne perturbatione securi ...”, che in italiano suona “... sicuri da ogni turbamento ...” e significa che non ci lasciamo sommergere da ciò che agita il nostro animo, non sola da ciò che ci fa paura; per questo mi servo di questo termine nella traduzione.

⁴⁸ Gv 6, 22-24 Vulg.: “... vidit quia navicula alia non erat ibi nisi una, ...”; Sabatier in nota non riporta testimoni per “esset”.

⁴⁹ Gv 6, 25; NCEI traduce: “Lo trovarono di là dal mare e gli dissero:”

⁵⁰ Gv 6, 25.

⁹² Il “tumor” è un rigonfiamento. Qui si potrebbe dire “arroganza / orgoglio”, ma ho voluto mantenere un termine più indefinito per consentire ad ognuno di ampliare a volontà l’elenco dei tumori che rigonfiano il mare in cui navighiamo.

⁹³ Anche qui mantengo il vocabolo indefinito per consentire di compilare l’elenco delle eccellenze / altezze / celebrità di questo mondo come meglio si ritiene.

⁹⁴ “sacramentum” è azione sacra; attraverso gesti concreti rende presente una realtà che supera i nostri sensi; è, quindi, misterioso / mistero. Qui ho deciso di mantenere la parola per evidenziare la differenza tra il mistero nel dire e il mistero nel fare. In altro passo evidenzierà la differenza tra le opere, che sono fatti, e le parole, che sono segni.

satiet sermonibus mentem, sed si capiunt; et si non capiunt, sumant quod capiunt, ne fragmenta pereant. Loquatur ergo, et audiamus.

Respondit Jesus, et dixit, Amen amen dico vobis, Quaeritis me, non quia vidistis

*signa, sed quia manducastis ex panibus meis.*⁵¹ Propter carnem me quaeritis, non propter spiritum. Quam multi non quaerunt Jesum, nisi ut illis faciat bene secundum tempus! Alius negotium habet, quaerit intercessionem clericorum; alius premitur a potentiore, fugit ad Ecclesiam; alius vult pro se intervenire apud eum apud quem parum valet; ille sic, ille sic. Impletur quotidie talibus Ecclesia.

Vix quaeritur Jesus propter Jesum. *Quaeritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus meis.*

*Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam.*⁵² Quaeritis me propter illud? Quaeritis me, propter me. Ipsum enim insinuat istum cibum, quo in consequentibus illucescat.

*Quem Filius hominis dat vobis.*⁵³ Exspectabat⁵⁴, credo, iterum panes manducare, iterum discumbere, iterum saginari: sed dixit, *Cibum, non qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam.*

Superius diximus navem Ecclesiam Christi significare, quae tempestatibus hujus saeculi turbatur, et laborantes in ea portat, ut viriliter laborent, donec Christus comprimens fluctus persecutionum, reddat serenitatem.

Hic vero dicit:

*Altera die, turba quae stabat trans mare, vidit quia alia navicula non erat ibi, nisi una.*⁵⁵ Quid est, *altera die turba stans super mare*, nisi post ascensionem Christi turba stans in operibus bonis, non jacens in terrenis voluptatibus, sed exspectans unde veniat Jesus ad eos? Et hic una navis dicitur,

sicut prius una fuit Ecclesia Christi, in qua illo praesentialiter corpore versabatur. Nunc quoque una est, quae similiter in spe exspectant adventum illius. Sed quid est quod aliae naves venerunt a Tiberiade, nisi haereticorum conventicula, qui Jesum non sincera fide quaerunt, sub dolo calliditatis sua quaerentes, non quae Jesu sunt?

Unde consequenter respondit eis Jesus, *Amen amen dico vobis, quaeritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus meis, et saturati estis* (Luc. VI)⁵⁶.

De illis vero qui saturati sunt, in alio dicit Evangelio:

Vae vobis qui saturati estis (Ibid.). De esurientibus vero vitae panem,

et justitiae cognitionem, dicitur:

Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam (Matth. V). Ad quem cibum hortabatur eos insequenti mox Christus sermone dicens: *Operamini*

*non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam.*⁵⁷

Carnalis cibum perit, spiritualis vero permanet,

quem Filius hominis vobis dabit.

*Hunc enim Pater signavit Deus.*⁵⁸ Istum Filium hominis nolite sic accipere quasi alios filios hominis, quibus dictum est: *Filii autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt* (Psal. XXXV).⁵⁹

Iste filius hominis sequestratus quadam gratia

filius hominis, exceptus a numero hominum filius hominis est: iste filius hominis Filius Dei est, iste homo etiam Deus est.

dei quali ha saziato il ventre con i pani, ma se capiscono⁹⁵; e se non capiscono assumano ciò che capiscono, perché non vadano persi i frammenti. Ci parli, dunque, e ascolteremo.

Gesù rispose loro: «In verità, in verità io vi dico: voi mi cercate non perché avete

visto dei segni, ma perché avete mangiato dei pani miei. Per la carne mi cercate, non per lo spirito. Quanti non cercano Gesù se non perché faccia loro del bene nel tempo! Uno ha un affare, cerca l'intercessione del clero; uno è oppresso da un potente, si rifugia nella Chiesa; uno vuole che s'intervenga a suo favore presso chi egli può poco; quello così, quello così. La Chiesa è ogni giorno piena di gente del genere. Difficilmente si cerca Gesù per Gesù. *Voi mi cercate non perché avete visto dei segni, ma perché avete mangiato dei pani miei.*

Datevi da fare non per il cibo che non dura, ma per il cibo che rimane per la vita eterna. Mi cercate per questo? Cercate me, per me. Ecco che suggerire se stesso come questo cibo, come apparirà chiaro da quel che segue:

e che il Figlio dell'uomo vi dà. [Uno] si aspettava, credo, di mangiare ancora dei pani, di mettersi nuovamente a tavola, d'impinguarsi ancora. Ma egli disse: *non il cibo che non dura, ma che rimane per la vita eterna.*

Più sopra abbiamo detto che la barca significa la Chiesa di Cristo, che è turbata dalle tempeste di questo secolo, e che porta quanti si affaticano in essa perché faticino virilmente, finché Cristo, schiacciando i flutti delle persecuzioni, restituisca la serenità. Qui invero dice:

Il giorno dopo, la folla, rimasta dall'altra parte del mare, vide che c'era soltanto una barca. Cosa significa, *il giorno dopo la folla che stava sul mare*, se non, dopo l'ascensione di Cristo, la turba che sta nelle buone opere, non giace nei piaceri terreni, ma aspetta da dove venga a loro Gesù? E qui si parla di una sola barca, come all'inizio ci fu una sola Chiesa di Cristo, nella quale era presente con quel corpo. Anche ora ce n'è una sola: quelli che similmente aspettano il suo avvento. Ma cosa significa che altre barche vennero da Tiberiade, se non la conventicola degli eretici, che cercano Gesù con fede non sincera, cercando ciò che è loro con l'inganno dell'astuzia, non ciò che è di Gesù. Per cui di conseguenza Gesù risponde loro: *In verità, in verità io vi dico: voi mi cercate non perché avete visto dei segni, ma perché avete mangiato dei pani miei e vi siete saziati.* (Gv 6, 26). Invero di quelli che sono sazi, in altro passo del Vangelo dice: *Guai a voi, che ora siete sazi* (Lc 6, 25). Invece di coloro che hanno fame del vero pane di vita, e della conoscenza della giustizia, è detto: *Beati quelli che hanno fame e sete della giustizia* (Mt 5, 6). A questo cibo Cristo li esortava col discorso che subito segue. Dicendo: *Datevi da fare*

non per il cibo che non dura, ma per il cibo che rimane per la vita eterna.

Il Cibo carnale non dura, quello spirituale invece rimane,

[quello] che il Figlio dell'uomo vi darà.⁹⁶

Perché su di lui il Padre, Dio, ha messo il suo sigillo. Questo Figlio dell'uomo non vogliate considerarlo come gli altri figli dell'uomo, per i quali è detto: *i figli degli uomini spereranno nella protezione delle tue ali* (Sal 35, 8). Questo figlio dell'uomo, separato per una qualche grazia

[come] figlio dell'uomo, è figlio dell'uomo distinto dal numero degli uomini; questo figlio dell'uomo è Figlio di Dio, questo uomo è anche Dio.

satiet et sermonibus mentes; sed si capiunt. Et si non capiunt, sumatur quod non capiunt, ne fragmenta pereant. Loquatur ergo, et audiamus.

Respondit Iesus, et dixit: Amen, amen dico vobis, quaeritis me, non quia vidistis signa,

sed quia manducastis ex panibus meis. Propter carnem me quaeritis, non propter spiritum. Quam multi non quaerunt Iesum, nisi ut illis faciat bene secundum tempus! Alius negotium habet, quaerit intercessionem clericorum; alius premitur a potentiore, fugit ad ecclesiam; alius pro se vult intervenire apud eum apud quem parum valet: ille sic, ille sic; impletur quotidie talibus ecclesia.

Vix quaeritur Iesus propter Iesum. *Quaeritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus meis.*

Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam. Quaeritis me propter aliud, quaerite me propter me. *Seipsum* enim insinuat istum cibum, *quod* in consequentibus illucescit.

Quem Filius hominis dabit vobis. Exspectabas, credo,

iterum panes manducare, iterum discumbere, iterum saginari. Sed dixerat *cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam:*

quomodo dictum fuerat mulieri illi Samaritanae: *Si scires qui petit a te bibere, tu forsitan postulasses ab eo, et daret tibi aquam vivam:* cum illa diceret: Unde tibi, quandoquidem non habes hauritorium, et puteus altus est? Samaritanae respondit: *Si scires qui a te petit bibere, tu petisses ab eo, et daret tibi aquam, unde qui biberit, amplius non sitiet: nam de hac aqua qui biberit, sitiet iterum.* Et gavisus est illa, et voluit accipere, quasi non passura sitim corporis, quae labore hauriendi fatigabatur; et sic inter huiusmodi sermocinationes pervenit ad potum spiritalem: omnino isto modo et hic.

Verbum Dei commendat humilitatem suam.

11. Hunc ergo

cibum, non qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam,

quem Filius hominis dabit vobis:

hunc enim Pater signavit Deus. Istum filium hominis nolite sic accipere, quasi alios filios hominum, de quibus dictum est: *Filii autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt.*

Iste filius hominis sequestratus quadam gratia

Spiritus, et secundum carnem

filius hominis, exceptus a numero hominum; filius hominis est. Iste filius hominis et Filius Dei est, iste homo etiam Deus est.

⁵¹ Gv 6, 26 Vulg.: "... manducastis ex panibus."; Sabatier in nota: "S. Gat. [...] *sed quia manducastis ex panibus meis*, [+ Agostino] Novatian. l. de cib. Judaic. p. 1065. c. legit: *quaeritis me, non quia signa vidistis, sed quia manducastis de panibus meis*.". La traduzione viene adeguata al testo.

⁵² Gv 6, 27.

⁵³ Gv 6, 27 Vulg.: "quem Filius hominis dabit vobis."; Sabatier in nota: "Ms. Cantabrig. [...] *quem* (l. quam [escam ndr]) *Filius hominis dat vobis*. [...] Fossat. [...] *quem Filius hom. dat vobis*. [...] Corb. similiter *dat vobis*.". In italiano viene adeguato il tempo.

⁵⁴ Qui Agostino propone una colloquiale seconda persona singolare, che funziona decisamente bene. Beda, invece, una terza singolare che, di primo acchito, non si capisce a quale soggetto si aggrappi. Ma Migne non solleva dubbi; quindi meglio chiedersi quale possa essere. Così si scopre che poco sopra un "alius" ripetuto è servito per elencare una serie di tornaconti spicci / terreni; e quello che segue è pure lui un elenco di piaceri terreni. "Alius" è quindi il soggetto sotteso.

⁵⁵ Gv 6, 22.

⁵⁶ In realtà Gv 6, 26.

⁵⁷ Gv 6, 27.

⁵⁸ Gv 6, 27.

⁵⁹ Sal 35, 8 Vulg.: "Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt."; VL: "Filii autem hominum, in protectione alarum tuarum sperant.". NCEI traduce: "Si rifugiano gli uomini all'ombra delle tue ali,"; in italiano adeguo a Vulg.

⁹⁵ Frase giocata tutta sul doppio significato di "capere": "intendere il significato" e "contenere". Lasciando trasparire la moltiplicazione dei pani (un' opera, un fatto), ci parla del nutrirsi col discorso (una parola, un segno). In italiano più di un verbo ha in sé questa doppia valenza: capire / comprendere / essere capace, ma siamo troppo distanti dal servircene abitualmente su entrambi i versanti. Ho optato per "capire", che tuttavia sbilancia la frase nel senso del discorso.

⁹⁶ È sempre parte del v. 27; in italiano viene evidenziato col corsivo.

Unde et ipsa Veritas quae tunc loquebatur ad Iudaeos, et nunc omnibus loquitur per evangelicae praedicationis verba, et qui sit ostendit, non qualem esse plurimi tunc aestimaverunt vel etiam nunc aestimant.

Subiunxit vero:

Hunc enim Deus Pater signavit. Signare quid est, nisi proprium aliquid ponere? Hoc est signare, ponere aliquid quod non confundatur cum caeteris. Signare, est signum rei ponere. Cuicumque rei ponis signum, ideo ponis signum, ne confusa cum aliis, a te non possit agnosci.

Pater ergo eum signavit.

Quid est signavit? proprium quiddam illi dedit, ne caeteris compararetur hominibus; ideo dictum est: *Unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis prae participibus tuis (Psal. XLIV).*⁶⁰ Ergo signare quid est? Exceptum habere,

hoc est prae participibus tuis. Itaque nolite me, inquit, contemnere, quia filius hominis sum: et *quaerite a me⁶¹ cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam.*

Sic enim filius hominis sum, ut non sim unus ex vobis; sic sum filius hominis, ut Deus Pater me signavit. Quid est signare?

Proprium aliquid mihi dare, quo non confunderer cum genere humano, sed per quem liberaretur genus humanum.

*Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus ut operemur opera Dei?*⁶²

Dixerat enim illis: *Operamini escam, non quae perit, sed quae permanet in vitam aeternam.* Quid faciemus, inquit, quod observando, hoc praeceptum implere poterimus?

*Respondit Iesus, et dixit eis, Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.*⁶³

Hoc est ergo manducare cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam.

Ut quid paras dentem et ventrem? Crede, et manducasti.

Discernitur quidem ab operibus fides, sicut Apostolus dicit: *Arbitramur justificari hominem per fidem sine operibus legis (Rom. III).*

Et sunt opera quae videntur bona sine fide Christi, et non sunt bona,

quia non referuntur ad eum finem ex quo sunt bona. *Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti (Rom. X).*⁶⁴ Ideo noluit discernere ab opere fidem, sed ipsam fidem dixit esse opus. *Ipsa est enim fides quae per dilectionem operatur (Galat. V)*⁶⁵. Nec dixit,

Hoc est opus vestrum, sed dixit: *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille; ut qui gloriatur, in Domino gloriatur (I Cor. I).*

Quia ergo invitabat eos ad fidem, illi adhuc quaerebant signa quibus crederent. Vide si non Iudaei signa petunt.

*Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis signum, ut videamus et credamus tibi quod operaris?*⁶⁶ Parumne erat quod de quinque panibus pasti sunt?

Sciebant hoc quidem, sed huic cibo manna de coelo praeferiebant. Dominus autem Iesus talem se dicebat, ut Moysi praeponeretur. Non enim ausus est Moyses de se dicere, quod daret cibum non qui perit, sed qui habet vitam aeternam. Aliquid plus promittebat quam Moyses. Per Moysen quippe promittebatur regnum, et terra producens lac et mel, temporalis pax, abundantia filiorum, salus corporis, et caetera omnia temporalia quidem, in figura tamen spiritualia, quia veteri homini in Veteri Testamento promittebantur. Attendebant autem promissa per ipsum Moysen, et attendebant promissa per Iesum. Ille plenum ventrem promittebat in terra, sed cibum qui perit; iste promittebat cibum, non qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam. Attendebant eum plus promittentem, et quasi nondum videbant maiora facientem. Attendebant utique qualia fecisset

Per cui anche la Verità stessa che allora parlava ai Giudei, ed ora parla a tutti con le parole della predicazione evangelica, mostra anche chi sia: non quale i più allora reputavano che fosse o anche ora [la] ritengono.

Invero soggiunse:

Su di lui il Padre, Dio, ha messo il suo sigillo. Che significa segnare, se non porre qualcosa di proprio? Segnare è questo: porre un qualcosa che non si confonda col resto. Segnare è porre un sigillo a una cosa. A qualsiasi cosa poni un sigillo per questo poni il sigillo, perché non [succeda che] confusa con altre, tu non possa riconoscerla. Il Padre - dunque - ha messo su di lui il suo sigillo. Che significa ha messo su di lui il suo sigillo? gli ha dato un qualcosa di proprio perché non fosse equiparato agli altri uomini; perciò è stato detto: *Dio, il tuo Dio, ti ha consacrato con olio di letizia, a preferenza dei tuoi compagni.* (Sal 44, 8). Quindi cosa significa segnare? Avere scelto, cioè a preferenza dei tuoi compagni. Pertanto non vogliate, dice, disprezzarmi perché sono figlio dell'uomo; e cercate da me non il cibo che non dura, ma che rimane per la vita eterna. Infatti sono figlio dell'uomo così da non essere uno di voi; sono figlio dell'uomo così da essere stato segnato da Dio Padre. Cosa significa segnare? darvi qualcosa di proprio, per cui io non sia confuso col genere umano, ma per mezzo del quale il genere umano sia liberato.

Gli dissero allora: «Che cosa dobbiamo compiere per fare le opere di Dio?». Aveva infatti detto loro: *Datevi da fare non per il cibo che non dura, ma per il cibo che rimane per la vita eterna. Che cosa dobbiamo compiere,* chiedono, con cui, osservandolo, possiamo adempiere a questo precetto?

Gesù rispose loro: «Questa è l'opera di Dio: che crediate in colui che egli ha mandato». Questo, dunque, è mangiare non il cibo che non dura, ma quello che rimane per la vita eterna. A che [pro] prepari i denti e il ventre? Credi, e hai mangiato. Certamente la fede si distingue dalle opere, come dice l'Apostolo: *Noi riteniamo [...] che l'uomo è giustificato per la fede, indipendentemente dalle opere della Legge.* (Rm 3, 28). E ci sono opere che sembrano buone senza la fede in Cristo, ma non sono buone, perché non sono riferite a quel fine per cui sono buone. *Il fine della Legge è Cristo, perché la giustizia sia data a chiunque crede* (Rm 10, 4). Pertanto non ha voluto distinguere la fede dalle opere, ma ha definito opera la fede stessa. È proprio la fede, infatti, che si rende operosa per mezzo della carità (Gal 5, 6). E non ha detto: Questa è l'opera vostra, ma ha detto: *Questa è l'opera di Dio: che crediate in colui che egli ha mandato;* così che chi si vanta, si vanti nel Signore (1Cor 1, 31). Ora, siccome li invitava alla fede, essi ancora cercavano segni per cui credere. Vedi [un po'] se i Giudei non cercano segni.

Allora gli dissero: Quale segno tu compi perché vediamo e ti crediamo? Quale opera fai? Era forse poco che con cinque pani erano stati nutriti? Certo questo lo sapevano, ma essi a questo cibo preferivano la manna dal cielo. Eppure il Signore Gesù si diceva tale da anteporsi a Mosè. Mosè infatti non osò dire sé che avrebbe dato non il cibo che non dura, ma che [ha] la vita eterna. Prometteva qualcosa di più di Mosè. Sì, per mezzo di Mosè era stato promesso un regno, una terra che produce latte e miele⁶⁷, una pace temporale, abbondanza di figli, la salute del corpo, e certo tutte le altre realtà temporali, tuttavia in figura dei beni spirituali, perché erano promesse nel Vecchio Testamento all'uomo vecchio. Ma consideravano le cose promesse proprio da Mosè, e consideravano le cose promesse da Gesù. Quello prometteva il ventre pieno sulla terra, ma di cibo che non dura; questo prometteva non il cibo che non dura, ma che rimane per la vita eterna. Osservavano che egli prometteva di più, e quasi nemmeno vedevano che faceva opere maggiori. Consideravano di sicuro che cosa

Allo loco interrogans discipulos ait: *Quem me dicunt esse homines Filium hominis? Et illi: Alii Ioannem, alii Eliam, alii Ieremiam, aut unum ex Prophetis. Et ille: Vos vero quem me dicitis esse? Respondit Petrus: Tu es Christus Filius Dei vivi.* Ille dixit se Filium hominis, et Petrus eum dixit Filium Dei vivi. Optime ille commemorabat quod misericorditer exhibuerat: ille commemorabat quod in claritate permanebat. Verbum Dei commendat humilitatem suam, homo agnoscit claritatem Domini sui. Et revera, fratres, puto quia iustum est; humiliavit se propter nos, glorificemus illum nos: non enim filius hominis propter se est, sed propter nos. Ergo erat filius hominis illo modo, cum *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Ideo enim

hunc Deus Pater signavit. Signare quid est,

nisi proprium aliquid ponere? Hoc est enim signare, imponere aliquid quod non confundatur cum caeteris. Signare, est signum rei ponere. Cuicumque rei ponis signum, ideo ponis signum, ne confusa cum aliis, a te non possit agnosci.

Pater ergo eum signavit.

Quid est, signavit? Proprium quiddam illi dedit, ne caeteris compararetur hominibus. Ideo de illo dictum est: *Unxit te, Deus, Deus tuus oleo exultationis, prae participibus tuis.* Ergo signare quid est? Exceptum habere:

hoc est, prae participibus tuis. Itaque nolite, inquit, me contemnere, quia filius sum hominis; et quaerite a me cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam.

Sic enim filius hominis sum, ut non sim unus ex vobis: sic sum filius hominis, ut Pater Deus me signaret. Quid est, signaret?

Proprium aliquid mihi dare, quo non confunderer cum genere humano, sed per me liberaretur genus humanum.

12. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus ut operemur opera Dei?

Dixerat enim illis: *Operamini escam, non quae perit, sed quae permanet in vitam aeternam.* Quid faciemus, inquit? quid observando, hoc praeceptum implere poterimus?

Respondit Iesus, et dixit eis: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. Hoc est ergo manducare cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam.

Ut quid paras dentes et ventrem? crede, et manducasti.

Discernitur quidem ab operibus fides, sicut Apostolus dicit, *iustificari*

hominem per fidem sine operibus:

et sunt opera quae videntur bona, sine fide Christi; et non sunt bona,

quia non referuntur ad eum finem ex quo sunt bona: *Finis enim Legis Christus, ad iustitiam omni credenti.* Ideo noluit discernere ab opere fidem, sed ipsam fidem dixit esse opus. Ipsa est enim fides quae per dilectionem operatur.

Nec dixit:

Hoc est opus vestrum; sed: *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille: ut qui gloriatur, in Domino gloriatur.*

Quia ergo invitabat eos ad fidem, illi adhuc quaerebant signa quibus crederent. Vide si non Iudaei signa petunt.

Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum, ut videamus et credamus tibi? quid operaris? Parumne erat quod de quinque panibus pasti sunt?

Sciebant hoc quidem, sed huic cibo manna de coelo praeferiebant. Dominus autem Iesus talem se dicebat, ut Moysi praeponeretur. Non enim ausus est Moyses de se dicere quod daret cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam. Aliquid plus iste promittebat quam Moyses. Per Moysen quippe promittebatur regnum, et terra fluens lac et mel, temporalis pax, abundantia filiorum, salus corporis, et caetera omnia, temporalia quidem, in figura tamen spiritalia: quia veteri homini in Veteri Testamento promittebantur. Attendebant ergo promissa per Moysen, et attendebant promissa per Christum. Ille plenum ventrem promittebat in terra, sed cibum qui perit: iste promittebat cibum non qui perit, sed qui permanet in aeternum. Attendebant eum plus promittentem, et quasi nondum videbant maiora facientem. Attendebant itaque qualia fecisset

⁶⁰ Sal 44, 8 Vulg.: “unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae, praes consortibus tuis.”; Sabatier Haeb.: “unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis, praes participibus tuis.”.

⁶¹ “quaerite a me” non fa parte della citazione, pertanto in italiano non viene evidenziato col corsivo.

⁶² Gv 6, 28.

⁶³ Gv 6, 29.

⁶⁴ Rm 10, 4. NCEI traduce “finis” con “termine”; per omogeneità col commento, in italiano mantengo “fine”.

⁶⁵ Da “fides” è citazione testuale di Gal 5, 6 Vulg.: “sed fides, quae per charitatem operatur”; Sabatier in nota, oltre ad Agostino: “Leo M. ser. 44. p. 110. f. [...] sed fides quae per dilectionem operatur.”. In italiano viene evidenziata col corsivo.

⁶⁶ Gv 6, 30.

⁶⁷ Ho tradotto al presente il participio perché lo sento come a-temporale, in quanto la promessa di Dio ad Israele non verrà mai meno, è tuttora valida.

Moyses, adhuc aliqua majora volebant fieri ab eo, qui tam magna pollicebatur.

*Quid, inquit, facis, ut credamus tibi?*⁶⁷

Et ut noveritis quia miracula illa huic miraculo comparabant, et ideo quasi minora ista iudicabant quae faciebat Iesus.

*Patres nostri, inquit, manna manducaverunt in deserto.*⁶⁸ Sed quid est manna, forte contemnitis, sicut scriptum est, *Dedit illis manna manducare* (Exod. XVI)⁶⁹. Per Moysen patres nostri panem de coelo acceperunt, et non eis dictum a Moysese, *Operamini cibum qui non perit*,⁷⁰

sed qui permanet in vitam aeternam. Et non talia operaris qualia Moyses. Panes hordeaceos ille non dedit, sed manna de coelo.

*Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de coelo, sed Pater meus dedit vobis panem de coelo. Verus enim panis est, qui de coelo descendit, et dat vitam mundo.*⁷¹ *Verus ergo ille panis est, qui dat vitam mundo:* et ipse cibus est, de quo paulo ante locutus sum: *Operamini cibum qui non perit, sed qui permanet in vitam aeternam.* Ergo et illud manna hoc significabat, et illa omnia signa mea erant. Signa mea dilexistis; quod significabatur, contemnitis. Non ergo Moyses dedit panem de coelo. Deus dat panem. Sed quem panem? forte manna? Non, sed panem quem significavit manna, ipsum scilicet Dominum Iesum. Pater meus dat vobis panem verum. Panis enim Deus est qui descendit de coelo, et dat vitam mundo.

*Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc.*⁷² Quomodo mulier illa Samaritana, cui dictum est: *Qui biberit de hac aqua, non sitiet unquam* (Joan. IV)⁷³; continuo illa secundum corpus accipiens, sed tamen carere indigentia nolens: *Da, inquit, mihi, Domine, de hac aqua;*⁷⁴ sic et isti: Domine, da nobis panem hunc, qui nos reficiat, nec deficiat.

*Dixit ergo eis Iesus: Ego sum panis vitae; qui venit ad me, non esuriet, et qui credit in me, non sitiet unquam.*⁷⁵ *Qui venit ad me, hoc est quod ait, et qui credit in me; et quod dixit, non exuriet, hoc intelligendum est, et non sitiet unquam.* Utroque enim illo significatur aeterna satietas, ubi nulla est egestas. Panem de coelo desideratis? Ante vos habetis, et non manducatis.

*Sed dixi vobis quia et vidistis me, et non credidistis.*⁷⁶ Sed non ideo ego populum perdidit. *Nunquid enim infidelitas vestra fidem Dei evacuavit* (Rom. III)⁷⁷? Vide enim quod sequitur.

*Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: et eum qui venit ad me non eiciam foras.*⁷⁸ Quale est illud intus, unde non exitur foras? Magnum penetrabile, et dulce secretum. O secretum sine taedio, sine amaritudie malarum cogitationum, sine interpellatione tentationum et dolorum. Nonne illud secretum est quo intrabit ille cui dicturus est Deus: *Euge, serve bone et fidelis, intra in gaudium Domini tui* (Matth. XXV)⁷⁹?

Et eum qui veniet ad me, non eiciam foras; quia descendi de coelo non ut faciam

aveva compiuto Mosè, volevano ancora che ne fossero fatte di maggiori da colui che ne prometteva di così grandi. Che fai, chiedono, perché ti crediamo? E affinché sappiate che confrontavano quei miracoli con questo miracolo, e, pertanto, giudicavano come inferiori questi che faceva Gesù.

I nostri padri, dicono, hanno mangiato la manna nel deserto. Ma che cos'è la manna - forse la disprezzate - ... *come sta scritto: Ha dato loro da mangiare un pane del cielo* (Es 16, 4). Per mezzo di Mosè i nostri padri hanno ricevuto pane dal cielo, e Mosè non ha detto loro: *Procuratevi un cibo che non deperisce,*

ma che rimane per la vita eterna. E non compì opere tali, quali quelle di Mosè. Egli non ha dato pani di orzo, ma manna dal cielo.

Rispose loro Gesù: «In verità, in verità io vi dico: non è Mosè che vi ha dato il pane dal cielo, ma è il Padre mio che vi ha dato il pane dal cielo. Vero pane infatti è colui che discende dal cielo e dà la vita al mondo». Vero pane è dunque quello che dà la vita al mondo; ed è quel cibo di cui poco prima ho parlato: Datevi da fare per il cibo che non deperisce, ma che rimane per la vita eterna. La manna significava dunque quello, e tutte quelle cose erano segni miei. Vi siete affezionati ai miei segni; disprezzate ciò che era [da loro] significato. Dunque, non Mosè diede il pane del cielo. Dio dà il pane. Ma quale pane? forse la manna? No, ma il pane che la manna significava, cioè lo stesso Signore Gesù. *Il Padre mio vi dà il pane vero.* Infatti il pane è Dio che discende dal cielo e dà la vita al mondo.

Allora gli dissero: «Signore, dacci sempre questo pane». Come quella donna Samaritana, cui è detto: chi berrà di quest'acqua, non avrà mai più sete. Avendo sul momento recepito secondo il corpo, ma tuttavia non volendo esserne priva per indigenza, ella: *Signore, dice [...], dammi quest'acqua,* così come questi: *Signore, dacci [...] questo pane* che ci ristori, e non venga meno.

Gesù rispose loro: «Io sono il pane della vita; chi viene a me non avrà fame e chi crede in me non avrà sete, mai! Chi viene a me cioè come dire e chi crede in me; e che disse, non avrà fame, cioè va inteso, non avrà sete mai! L'uno e l'altro infatti significano la sazietà eterna, dove non c'è alcuna indigenza. Desiderate pane dal cielo? Lo avete davanti a voi, e non [lo] mangiate.

Vi ho detto però che voi mi avete visto, eppure non avete creduto. Ma non per questo io ho abbandonato il mio popolo. Infatti *la [vostra] infedeltà ha annullato forse la fedeltà di Dio* (Rm 3, 3)? Vedi infatti ciò che segue:

Tutto ciò che il Padre mi dà, verrà a me: colui che viene a me, io non lo caccerrò fuori. Quale è questo “dentro”, da cui no si esce fuori? Mirabile intimità e dolce segreto. O segreto senza tedio, senza amarezza di cattivi pensieri, senza disturbo di tentazioni e di dolori. Non è forse quel segreto in cui entrerà colui al quale Dio dirà: *“Bene, servo buono e fedele, [...] prendi parte alla gioia del tuo padrone”* (Mt 25, 23)?

Colui che viene a me, io non lo caccerrò fuori, perché sono disceso dal cielo non

Moyses, et adhuc aliqua maiora volebant fieri ab eo qui tam magna pollicebatur.

Quid, inquit, facis, ut credamus tibi?

Et ut noveris quia miracula illa huic miraculo comparabant, et ideo quasi minora ista iudicabant quae faciebat Iesus:

Patres, inquit, nostri manna manducaverunt in deserto. Sed quid est manna?

Forte contemnitis. *Sicut scriptum est: Dedit illis manna manducare.*

Per Moysen patres nostri panem de coelo acceperunt, et non eis dictum est a Moysese: *Operamini cibum qui non perit.*

Tu promittis cibum qui non perit,

sed qui permanet in vitam aeternam, et non talia opera operaris qualia Moyses. Panes hordeaceos ille non dedit, sed dedit manna de coelo.

13. *Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de coelo, sed Pater meus dedit vobis panem de coelo. Verus enim panis est qui de coelo descendit, et dat vitam mundo.* Verus ergo ille panis est qui dat vitam mundo; et ipse cibus est de quo paulo ante locutus sum: *Operamini cibum qui non perit, sed qui permanet in vitam aeternam.* Ergo et illud manna hoc significabat, et illa omnia signa mea erant. Signa mea dilexistis; qui significabatur, contemnitis? Non ergo Moyses dedit panem de coelo: Deus dat panem. Sed quem panem? forte manna? Non, sed panem quem significavit manna, ipsum scilicet Dominum Iesum. *Pater meus dat vobis panem verum. Panis enim Dei est qui descendit de coelo, et dat vitam mundo.*

Dixerunt ergo ad eum: Domine, da nobis semper panem hunc. Quomodo mulier illa Samaritana, cui dictum est: *Qui biberit de hac aqua, non sitiet unquam;* continuo illa secundum corpus accipiens, sed tamen carere indigentia volens:

Da mihi, inquit: Domine, de hac aqua: sic et isti: *Domine, da nobis panem hunc,* qui nos reficiat, nec deficiat.

O secretum sine tedio!

14. *Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis vitae: qui venit ad me, non esuriet; et qui credit in me, non sitiet unquam. Qui venit ad me, hoc est quod ait, et qui credit in me; et quod dixit, non esuriet, hoc intelligendum est, non sitiet unquam.* Utrouque enim illa significatur aeterna satietas, ubi nulla est egestas. Panem de coelo desideratis; ante vos habetis, et non manducatis.

Sed dixi vobis, quia et vidistis me, et non credidistis. Sed non ideo ego populum perdidit. Numquid enim infidelitas vestra fidem Dei evacuavit?

Vide enim quod sequitur:

Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet; et eum qui venerit ad me, non eiciam foras. Quale est intus illud, unde non exitur foras? Magnum penetrabile, et dulce secretum. O secretum sine taedio, sine amaritudine malarum cogitationum, sine interpellatione tentationum et dolorum! Nonne illud secretum est quo intrabit ille, cui dicturus est Dominus servo bene merito: *Intra in gaudium Domini tui?*

15. *Et eum qui veniet ad me, non eiciam foras. Quia descendi de coelo, non ut faciam*

⁶⁷ Si tratta di un sunto di Gv 6, 30.

⁶⁸ Gv 6, 31.

⁶⁹ In realtà “sicut scriptum est” è citazione di Gv 6, 31: “sicut scriptum est, Panem de caelo dedit eis manducare.”; Sabatier in nota attesta “manna” solo per Agostino. Nel commento “pane del cielo” è usato immediatamente di seguito come sinonimo / spiegazione. Es 16, 4 è il passo citato a senso dai Giudei: “Dixit autem Dominus ad Moysen: Ecce ego pluam vobis panes de caelo”. Il Sal 77, 24, poi, relaziona i due termini: “Et pluit illis manna ad manducandum, et panem caeli dedit eis.”.

⁷⁰ La citazione esatta, più volte riportata anche qui, è “Operamini non cibum qui perit”. Perché questa revisione di Beda non suoni stonata a causa del “sed” (adattando il testo NCEI sarebbe: “datevi da fare per un cibo che dura, ma che rimane ...”), “perit” va per forza tradotto con “perire / deperire”.

⁷¹ Gv 6, 32-33 Vulg.: “Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis: Non Moyses dedit vobis panem de caelo, sed Pater meus dat vobis panem de caelo verum. Panis enim Dei est, qui de caelo descendit, et dat vitam mundo.”; Sabatier in nota attesta solo Agostino per le due varianti. Il testo italiano viene adeguato.

⁷² Gv 6, 34.

⁷³ Gv 4, 13 Vulg.: “qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum”; Sabatier in nota: “Crb. *de hac aqua.* [...] Hilar. l. de Synod. col. 1190. b. *qui biberit de aqua,* [...] Ambros. [...] verum l. 5. in Luc. col. 1361. a. *qui biberit de aqua,* [...] Cassiod. in Psal 22. p. 80. b. [...] *non sitiet unquam:* [...] Auctor l. de promiss. p. 1. c. 59 col. 121. b. [...] *non sitiet unquam:*”. NCEI 4, 14; il testo italiano viene adeguato.

⁷⁴ Gv 4, 15.

⁷⁵ Gv 6, 35.

⁷⁶ Gv 6, 36 Vulg.: “Sed dixi vobis quia et vidistis me, et non creditis.”; Sabatier in nota: “Ms. Corb. habet, & non credidistis. Similiter Fossat.”.

⁷⁷ Rm 3, 3 Vulg.: “Nunquid incredulitas illorum fidem Dei evacuabit?; VL: “Nunquid incredulitas illorum fidem Dei evacuavit?”; Sabatier in nota, oltre ad Agostino e Beda: “Cyprianus l. de unit. Eccl. p. 202. b. sic: [...] *Nunquid infidelitas illorum fidem Dei evacuavit?*”. Il testo italiano viene adeguato.

⁷⁸ Gv 6, 37.

⁷⁹ Mt 25, 23 Vulg.: “Euge serve bone, et fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.”.

voluntatem meam, sed ejus qui misit me. Ideo ergo eum qui veniet ad me,⁸⁰ non eiciam foras, quia descendi de coelo non facere voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui me misit. Magnum sacramentum

est, quod ait:

Qui venit ad me, non eiciam foras.

Causam mox subjungens quare foras non eiceret ad se venientem, id est in se credentem, dixit:

Quia non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.

Quis est qui eicitur foras de illo dulci et suavissimo secreto, quo intrare praecipitur servus faciens voluntatem domini sui⁸¹, nisi superbus? nisi anima in se ipsa confidens, et suae potestatis esse quaerens? Nec eam propheta habens diceret: *Nonne Deo anima mea subjecta est (Psal. LXI)*⁸²?

Anima vero per humilitatem Dei subjecta gratiae, nunquam eicitur foras, sed intrat in gaudium Domini sui.

Igitur ut causa omnium morborum curaretur, id est superbia, descendit et humilis factus est Filius Dei. *Quid superbis homo?* Deus propter te humilis factus est. Puderet te fortasse imitari humilem hominem, saltem imitare humilem Deum. Venit Filius Dei in homine, et humilis factus est. Praecipitur tibi ut sis humilis, non tibi praecipitur ut ex homine fias pecus. Ille Deus factus est homo, tu homo cognosce quia es homo. Tota humilitas tua est, ut cognoscas te. Ergo quia humilitatem docet Deus, dixit: *Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui me misit (Joan. VI).*

Haec enim commendatio humilitatis est. Superbia quippe facit voluntatem suam, humilitas facit voluntatem Dei. Ideo *qui ad me venerit, non eiciam foras.*⁸³

Quare? *quia non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui me misit.*

Humilis veni, humilitatem docere veni.

Magister humilitatis veni. Qui ad me venit, incorporatur mihi; qui ad me venit, humilis fit. Qui mihi adhaeret, humilis erit, quia non facit voluntatem suam, sed Dei; et ideo non eicietur foras; quia Adam cum superbus esset, projectus est foras (*Gene. III*):

per fare la mia volontà, ma [...] di colui che mi ha mandato. Pertanto, dunque, *colui che verrà a me, io non lo caccerò fuori, perché sono disceso dal cielo non per fare la mia volontà, ma la volontà di colui che mi ha mandato.* È un grande mistero,

ciò che dice:

Colui che viene a me, io non lo caccerò fuori.

Soggiungendo immediatamente la causa per cui non avrebbe cacciato fuori chi va a lui, cioè chi crede in lui, disse:

perché sono [venuto] non per fare la mia volontà, ma la volontà di colui che mi ha mandato.

Chi è che è cacciato fuori da quel dolce e soavissimo mistero, in cui è invitato ad entrare il servo fedele che fa la volontà del suo signore, se non il superbo? Se non l'anima che confida in se stessa, e che cerca di essere auto sufficiente? Né il profeta che la possedesse direbbe: *Non sarà sottomessa a Dio l'anima mia* (Sal 61, 2)? Invero l'anima, sottomessa alla grazia di Dio per umiltà, non è mai cacciata fuori, ma entra nella gioia del suo Signore.

Pertanto per guarire la causa di tutti i morbi, cioè la superbia, il Figlio di Dio è disceso e si è fatto umile. Perché t'insuperbisci, uomo? Dio per te si è fatto umile. Forse ti saresti vergognato d'imitare un uomo umile, almeno imita Dio umile. È venuto il Figlio di Dio come umano, e s'è fatto umile. Ti si comanda di essere umile, non ti si comanda di diventare da uomo una bestia. Lui, Dio, si è fatto uomo; tu, uomo, riconosci di essere uomo. Tutta la tua umiltà sta nel conoscerti. Ora, poiché Dio insegna l'umiltà, ha detto: *perché sono [venuto] non per fare la mia volontà, ma di colui che mi ha mandato* (Gv 6, 38). Questa infatti è la raccomandazione dell'umiltà. La superbia senza dubbio fa la propria volontà, l'umiltà fa la volontà di Dio. Perciò *colui che viene a me, io non lo caccerò fuori.* Perché? *perché sono [venuto] non per fare la mia volontà, ma la volontà di colui che mi ha mandato.* Sono venuto umile, son venuto a insegnare l'umiltà. Sono venuto come maestro di umiltà. Chi viene a me, è incorporato a me; chi viene a me, diventa umile. Chi aderisce a me, sarà umile, perché non farà la volontà sua, ma Dio; e perciò non sarà cacciato fuori, perché Adamo fu cacciato fuori per essere stato superbo (cfr Gn 3, 22-24).

voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. Ideo ergo eum qui veniet ad te, non eicies foras, quia descendisti de coelo, non facere voluntatem tuam, sed voluntatem ejus qui te misit? Magnum sacramentum!

Obsecro vos, simul pulsemus; exeat ad nos aliquid quod nos pascat, secundum quod nos delectavit. Magnum illud et dulce secretum: *Qui veniet ad me.* Attende, attende, et appende:

Qui veniet ad me, non eiciam foras.

Ergo, *qui veniet*, inquit, *non eiciam foras.* Quare?

Quia descendi de coelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.

Ipsa est ergo causa quare non eicias eum foras qui venit ad te, quia non voluntatem tuam facere descendisti de coelo, sed voluntatem ejus qui te misit? Ipsa. Quid quaerimus utrum ipsa sit? Ipsa est, ipse loquitur. Non enim nobis fas est aliud suspicari quam loquitur: *Qui venerit ad me, non eiciam foras.* Et quasi quaereres: Quare? *Quia non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.* Timeo ne foras propterea exierit anima a Deo, quia superba erat; imo non dubito. Scriptum est enim: *Initium omnis peccati superbia*; et: *Initium superbiae hominis apostatare a Deo.* Scriptum est, firmum est, verum est. Deinde quid de superbo dicitur mortali, accincto pannis carnis, praegravato pondere corporis corruptibilis, et tamen extolenti se, et obliviscenti qua pelle vestitus sit, quid ei dicit Scriptura? *Quid superbit terra et cinis? Quid superbit?* Dicat *quid superbit. Quoniam in vita sua proiecit intima sua.* Quid est, *proiecit*, nisi porro iecit? Hoc est exire foras. Etenim intrare intro, appetere intima; proicere intima, foras exire est. Intima proicit superbus, intima appetit humilis. Si superbia eicimur, humilitate regredimur.

Caput omnium morborum superbia est.

16. Caput omnium morborum superbia est, quia caput omnium peccatorum superbia. Medicus quando aegritudinem discutit, si curet quod per aliquam causam factum est, et ipsam causam qua factum est non curet, ad tempus videtur mederi, causa manente morbus repetitur. Verbi gratia, expressius hoc dicam: humor in corpore scabiem vel ulcera gignit; in corpore fit magna febris, et non parvus dolor: exhibentur quaedam medicamenta quae scabiem compescant et fervorem illum ulceris sedent; et adhibentur et proficiunt: vides hominem qui fuit ulcerosus et scabiosus, sanatum; sed quia humor ille non eiectus est, rursus ad ulcus reditur. Cognoscens hoc medicus, purgat humorem, detrahit causam, et nulla erunt ulcera. Unde abundat iniquitas? Per superbiam. Cura superbiam, et nulla erit iniquitas.

Ut ergo causa omnium morborum curaretur, id est superbia, descendit et humilis factus est Filius Dei. Quid superbis, homo? Deus propter te humilis factus est. Puderet te fortasse imitari humilem hominem, saltem imitare humilem Deum. Venit Filius Dei in homine, et humilis factus est: praecipitur tibi ut sis humilis, non tibi praecipitur ut ex homine fias pecus: ille Deus factus est homo; tu, homo, cognosce quia es homo: tota humilitas tua, ut cognoscas te. Ergo quia humilitatem docet Deus, dixit: *Non veni facere voluntatem meam, sed ejus voluntatem qui misit me.*

Haec enim commendatio humilitatis est. Superbia quippe facit voluntatem suam; humilitas facit voluntatem Dei. Ideo *qui ad me venerit, non eiciam foras.*

Quare? *Quia non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.*

Humilis veni, humilitatem docere veni,

magister humilitatis veni: qui ad me venit, incorporatur mihi; qui ad me venit, humilis fit; qui mihi adhaeret, humilis erit; quia non facit voluntatem suam, sed Dei;

et ideo non eicietur foras, quia cum superbus esset, projectus est foras.

17. Vide illa interiora commendari in Psalmo: *Filii autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt.* Vide quid sit ire intro, vide quid sit ad illius protectionem confugere, vide quid sit etiam sub verbera patris currere: *flagellat enim omnem filium quem recipit. Filii autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt.* Et quid est intus? *Inebriabuntur ab ubertate domus tuae.* Cum miseris intro, intrantes in gaudium Domini sui; *inebriabuntur ab ubertate domus tuae, et torrente voluptatis tuae potabis*

⁸⁰ Gv 6, 37-38 Vulg.: “et eum, qui venit ad me, non eiciam foras: quia descendi de caelo non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me.”; in italiano si adeguano i tempi. Subito di seguito viene ripetuta la medesima citazione; il che, confesso, mi pone qualche dubbio sull'utilità; cosa che invece in Agostino è risolta volgendola alla seconda persona singolare, quasi a testimoniare la metabolizzazione da parte dell'uditore / lettore del commento.

⁸¹ Questo passo dipende con buona probabilità da uno presente in questo medesimo tractatus 25, poco oltre, al §17; evidenziato pari colore.

⁸² Sal 61, 2 Vulg.: “Nonne Deo subjecta erit anima mea?”. NCEI traduce: “Solo in Dio riposa l'anima mia.”, secondo VulgN; “In Deo tantum quiesce, anima mea.”; nel testo italiano viene adottata una traduzione secondo Vulg.

⁸³ Gv 6, 37.

Christus vero humilis factus, *exaltatus est super omne nomen quod nominatur vel in coelo, vel in terra* (Ephes. I)⁸⁴.

Qui doctor humilitatis venit non facere voluntatem suam, sed voluntatem ejus qui misit illum. Veniamus ad eum, intremus ad eum, incorporemur ei, ut nec nos faciamus voluntatem nostram, sed voluntatem Dei, et non nos ejiciat foras, quia membra ejus sumus, quia caput nostrum esse voluit docendo humilitatem.

Ad quem venire non potest nisi humilis, a quo non mittitur foras nisi superbus.

*Haec est voluntas ejus qui misit me Patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo.*⁸⁵ Ipse illi datus est, qui servat humilitatem, hunc accipit.

Qui non servat humilitatem, longe est a magistro humilitatis. *Ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo.* Sic non est voluntas in conspectu Patris vestri, ut pereat unus de pusillis istis (Matth. XVIII)⁸⁶. De tumentibus potest perire, de pusillis nihil perit: quia *nisi fueritis sicut pusillus iste, non intrabitis in regnum coelorum*,⁸⁷ *omne quod dedit mihi Pater, non perdam ex eo, sed resuscitabo ego illum in novissimo die* (Joan. VI). Videte quemadmodum et hic

Invero Cristo fattosi umile, fu esaltato al di sopra di ogni nome che è nominato sia nei cieli, che sulla terra (cfr Fil 2, 9-10).

E questo maestro di umiltà è venuto non per fare la sua volontà, ma la volontà di colui che lo ha mandato. Andiamo a lui, entriamo in lui, incorporiamoci a lui, così che nemmeno noi facciamo la nostra volontà, ma la volontà di Dio; e così non ci cacci fuori, perché siamo sue membra, perché ha voluto essere il nostro capo insegnando l'umiltà.

A lui non può venire se non l'umile; da lui non è cacciato fuori se no il superbo.

E questa è la volontà di colui che mi ha mandato, [il Padre]: che io non perda nulla di quanto egli mi ha dato. A lui è stato dato chi conserva l'umiltà; questi [lui] accoglie. Chi non conserva l'umiltà è lontano dal maestro di umiltà. *Che io non perda nulla di quanto egli mi ha dato. Così è volontà del Padre vostro che è nei cieli, che neanche uno di questi piccoli si perda* (Mt 18, 14). Fra i superbi ci si può perdere; dei piccoli nessuno si perde: perché *se non sarete come questo fanciullo non entrerete nel regno dei cieli; che io non perda nulla di quanto [il Padre] mi ha dato, ma che [io] lo risusciti nell'ultimo giorno* (Gv 6, 39). Guardate come anche qui delinea la duplice

eos. Quoniam apud te est fons vitae. Non foris extra te, sed intus apud te, ibi est fons vitae. *Et in lumine tuo videbimus lumen. Praetende misericordiam tuam scientibus te, et iustitiam tuam his qui recto sunt corde.* Qui sequuntur voluntatem Domini sui, non quaerentes sua, sed quae Domini Iesu Christi, ipsi sunt recti corde, ipsis non commoventur pedes. *Bonus enim Deus Israel rectis corde. Mei autem, inquit ille, pene commoti sunt pedes. Quare? Quia zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum intuens.* Ergo quibus bonus est Deus, nisi rectis corde? Nam mihi torto corde displicuit Deus. Quare displicuit? Quia dedit felicitatem malis: et ideo nutaverunt mihi pedes, quasi sine causa servissem Deo. Ideo ergo mei pene commoti sunt pedes, quia non fui rectus corde. Quid est ergo rectus corde? Sequens voluntatem Dei. Felix est ille, laborat ille: ille male vivit et felix est, ille iuste vivit et laborat. Non indignetur iuste vivens et laborans; intus habet quod felix ille non habet: non ergo tristetur, non maceretur, non deficiat. Felix ille habet ipse aurum in arca, iste Deum in conscientia. Compara nunc aurum et Deum, arcam et conscientiam. Ille illud habet quod perit, et ibi habet unde perit; iste Deum habet, qui perire non potest, et ibi habet unde auferri non potest: sed si sit rectus corde; tunc enim intrat, et non exit. Ideo ille quid dicebat? *Quoniam apud te est fons vitae:* non apud nos. Ideo intrare debemus ut vivamus, non quasi nobis sufficere ut pereamus, non quasi de nostro velle satiari ut arescamus: sed os ad ipsum fontem ponere, ubi aqua non deficit. Quia voluit suo consilio vivere Adam, et lapsus est per eum qui ante ceciderat per superbiam, qui ei calicem ipsius superbiae propinavit. Quia ergo *apud te est fons vitae, et in lumine tuo videbimus lumen;* intus bibamus, intus videamus. Quare enim inde exitum est? Audi quare: *Non veniat mihi pes superbiae.* Ergo ille exiit, cui venit pes superbiae. Ostende quia ideo exiit. *Et manus peccatorum non moveant me:* propter pedem superbiae. Quare hoc dicis? *Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem.* Ubi ceciderunt? In ipsa superbia. *Expulsi sunt, nec potuerunt stare.* Si ergo superbia expulit eos qui non potuerunt stare; humilitas intromittit, qui possint in perpetuum stare. Ideo etenim ille qui dixit: *Exsultabunt ossa humiliata;* praedixit: *Auditui meo dabis exsultationem et laetitiam.* Quid est, *auditui meo?* Audiendo te felix sum, de voce tua felix sum; intus bibendo felix sum. Ideo non cado, ideo *exsultabunt ossa humiliata:* ideo *amicus sponsi stat, et audit eum;* ideo stat, quia audit. De interiore fonte bibit, ideo stat. Illi qui noluerunt de interiore bibere, *ibi ceciderunt; expulsi sunt, nec potuerunt stare.*

Christus doctor humilitatis.

18. Doctor itaque humilitatis venit non facere voluntatem suam, sed voluntatem eius qui misit illum. Veniamus ad eum, intremus ad eum, incorporemur ei, ut nec nos faciamus voluntatem nostram, sed voluntatem Dei: et non nos eiciat foras, quia membra eius sumus, quia caput nostrum esse voluit docendo humilitatem.

Ad extremum, ipsum audite concionantem: *Venite ad me, qui laboratis et onerati estis: tollite iugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum et humilis corde;* et cum hoc didiceritis, *invenietis requiem animabus vestris,* unde non eiciamini foras: *quia descendi de coelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me;* humilitatem doceo, ad me venire non potest nisi humilis. Non mittit foras nisi superbia: quomodo exit foras qui servat humilitatem, et non labitur a veritate? Dicta sunt quanta dici potuerunt de abscondito sensu, fratres: satis enim hic latet sensus, et nescio utrum congruis verbis a me sit depromptus et exsculptus, quare ideo non eiciat foras qui venit ad illum, quia non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem eius qui misit eum.

19. *Haec est autem, inquit, voluntas eius qui misit me Patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo.* Ipse illi datus est, qui servat humilitatem; hunc accipit:

qui non servat humilitatem, longe est a magistro humilitatis. *Ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo.* Sic non est voluntas in conspectu Patris vestri, ut pereat unus de pusillis istis. De tumentibus potest perire,

de pusillis nihil perit: quia *nisi fueritis sicut pusillus iste, non intrabitis in regnum coelorum.* *Omne quod dedit mihi Pater, non perdam ex eo;*

⁸⁴ Non ho trovato una corrispondenza testuale esatta. Tuttavia Ef 1, 20-22 recita: “quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, et constituens ad dexteram suam in caelestibus: supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen, quod nominatur non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro.”; e BJ rimanda a Fil 2, 8-11: “Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Jesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.”; come si può notare, con le parti da me sottolineate si può ottenere qualcosa di prossimo al testo proposto da Beda; pertanto in italiano cito questo passo.

⁸⁵ Gv 6, 39.

⁸⁶ Mt 18, 14 Vulg.: “Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, ut pereat unus de pusillis istis.”.

⁸⁷ Mt 18, 3 Vulg.: “nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum coelorum.”; VL: “nisi conversi fueritis, ut efficiamini sicut puer iste, non intrabitis in regnum coelorum.”. Il testo italiano viene adeguato alla citazione.

geminam illam resurrectionem delineet. Qui venit ad me, modo resurgit, humilis factus in membris meis: sed *resuscitabo eum in novissimo die* secundum carnem.

*Haec est enim voluntas Patris mei qui misit me, ut omnis qui videt Filium, et credit in eum, habeat vitam aeternam: et ego resuscitabo eum in novissimo die.*⁸⁸ Superius dixit: *Audit verbum meum, et qui credit ei qui misit me.*⁸⁹ Modo autem, *Qui videt Filium et credit in eum.* Non dixit, Videt Filium, et credit in Patrem. Hoc est enim credere in Filium, quod et in Patrem, quia *sicut habet vitam Pater in semetipso, sic dedit et Filio vitam habere in semetipso:*

ut omnis qui videt Filium, et credit in eum, habeat vitam aeternam (Joan. V)⁹⁰: credendo, et transeundo ad vitam, id est primam illam resurrectionem. Et quia non est sola, *Et resuscitabo eum, inquit, in novissimo die.* Sequitur:

*Ego sum panis vivus qui de coelo descendi.*⁹⁸ Ideo panis, quia vita; et ideo vita, quia de coelo descendit, dicente ipso, *Ego sum via, veritas et vita* (Joan, XIV). Ille est panis supersubstantialis, qui ut nobis detur, quotidie deprecari jubemur (Matth. VI)⁹⁹.

Cum Dominus noster Jesus Christus

panem se dicebat de coelo descendisse,

*Murmuraverunt Iudaei, et dixerunt: Nonne hic est Jesus filius Ioseph, cujus nos novimus patrem et matrem? quomodo ergo dicit quia de coelo descendit?*¹⁰⁰

Ideo murmurabant, quia hunc panem non intelligebant, hunc panem non esuriebant, hunc panem non amabant; nam si amarent, utique non murmurarent:

ideo a pane coelesti longe erant, nec eum esurire noverant, quia fauces cordis languidas habebant.

Auribus apertis surdi erant. Videbant, et caeci stabant. Panis quippe iste interioris hominis quaerit esuriem. Unde alio loco dicit, *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur* (Matth. V).

Dixerunt, *Cujus novimus patrem et matrem.* Matrem sciebant terrenam. Patrem nesciebant coelestem, qui a Patre coelesti attracti non fuerant; quod mox ipse Dominus sequenti verbo innotuit, dicens:

risurrezione. *Chi viene a me*, risorge adesso: fatto umile fra le mie membra; ma *lo risusciterò nell'ultimo giorno*: secondo la carne.

Questa infatti è la volontà del Padre mio [che mi ha mandato]: che chiunque vede il Figlio e crede in lui abbia la vita eterna; e io lo risusciterò nell'ultimo giorno. Più sopra aveva detto: *chi ascolta la mia parola e crede a colui che mi ha mandato.* Ora invece: *Chiunque vede il Figlio e crede in lui.* Non ha detto: Vede il Figlio e crede nel Padre. Questo infatti è credere nel Figlio: come anche nel Padre; perché *Come [...] il Padre ha la vita in se stesso, così ha concesso anche al Figlio di avere la vita in se stesso* (Gv 5, 26); *così che chiunque vede il Figlio e crede in lui abbia la vita eterna*: nel credere e nel passare alla vita, questo è la prima risurrezione. E siccome non è la sola, *e io lo risusciterò, dice, nell'ultimo giorno.* Segue:

Io sono il pane [vivo] disceso dal cielo. Dunque pane, perché vita; e dunque vita, perché discese dal cielo, come egli stesso dice: *Io sono la via, la verità e la vita* (Gv 14, 6). Egli è il pane sovrasostanziale, che, perché ci sia dato, siamo invitati a chiederlo quotidianamente (Mt 6, 11).

Poiché nostro Signore Gesù Cristo

diceva di essere il pane disceso dal cielo,

i Giudei si misero a mormorare [...] e dissero: Costui non è forse Gesù, il figlio di Giuseppe? Di lui non conosciamo il padre e la madre? Come dunque può dire che è disceso dal cielo?

Per questo mormoravano, perché non comprendevano questo pane, non avevano fame di questo pane, non amavano questo pane; infatti se lo avessero amato, non avrebbero mormorato.

Per questo erano lungi da quel pane celeste, e non sapevano di averne fame, perché avevano le fauci del cuore malate. Erano sordi con le orecchie aperte. Vedevano, ed rimanevano ciechi. Infatti, questo pane richiede la fame dell'uomo interiore. Per cui in altro passo dice: *Beati quelli che hanno fame e sete della giustizia, perché saranno saziati.* (Mt 5, 6).

Dissero, *Di lui noi conosciamo il padre e la madre.* Conoscevano la madre terrena. Non conoscevano il Padre celeste, loro che non erano stati attratti dal Padre celeste; cosa che subito il Signore sottolineò con le parole seguenti, dicendo:

sed resuscitabo illud in novissimo die. Videte quemadmodum et hic geminam illam resurrectionem delineet. *Qui venit ad me*, modo resurgit humilis factus in membris meis: sed *et resuscitabo eum in novissimo die*, secundum carnem.

Haec est enim voluntas Patris mei qui misit me, ut omnis qui videt Filium, et credit in eum, habeat vitam aeternam; et ego resuscitabo eum in novissimo die. Superius dixit: *Qui audit verbum meum, et credit ei qui misit me*: modo autem:

Qui videt Filium, et credit in eum. Non dixit: Videt Filium, et credit in Patrem: hoc est enim credere in Filium, quod et in Patrem. Quia *sicut habet Pater vitam in semetipso, sic dedit et Filio vitam habere in semetipso.*

Ut omnis qui videt Filium, et credit in eum, habeat vitam aeternam: credendo et transeundo ad vitam, tamquam prima illa resurrectione. Et quia non est sola, *et resuscitabo ego eum, inquit, in novissimo die.*

TRACTATUS XXVI

Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita (Io 6, 41-51).O sacramentum pietatis! o signum unitatis! o vinculum caritatis! Qui vult vivere, habet ubi vivat, habet unde vivat. Accedat, credat, incorporetur, ut vivificetur.

1. Cum Dominus noster Jesus Christus, sicut in Evangelio cum legeretur, audivimus, panem se esse dixisset, qui de coelo descendit, murmuraverunt Iudaei, et dixerunt: *Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos novimus patrem et matrem? Quomodo ergo hic dicit: Quia descendi de coelo?*

Isti a pane de coelo longe erant, nec eum esurire noverant. Fauces cordis languidas habebant,

auribus apertis surdi erant, videbant et caeci stabant. Panis quippe iste interioris hominis quaerit esuriem: unde alio loco dicit: *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.*

Iustitiam vero nobis esse Christum Paulus apostolus dicit. Ac per hoc qui esurit hunc panem, esuriat iustitiam; sed iustitiam quae de coelo descendit, iustitiam quam dat Deus, non quam sibi facit homo. Si enim nullam sibi homo faceret iustitiam, non diceret idem apostolus de Iudaeis: *Ignorantes enim Dei iustitiam, et suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti.* Inde erant isti qui panem de coelo descendentem non intellegebant, quia sua iustitia saturati, iustitiam Dei non esuriebant. Quid est hoc, iustitia Dei et iustitia hominis? Iustitia Dei hic dicitur, non qua iustus est Deus, sed quam dat homini Deus, ut iustus sit homo per Deum. Quae autem erat illorum iustitia? Qua de suis viribus praesumebant, et quasi impletores Legis seipsos ex sua virtute dicebant. Nemo autem implet Legem, nisi quem adjuverit gratia, id est panis qui de coelo descendit. *Legis enim plenitudo*, compendio ut ait Apostolus, *caritas est*: caritas non nummi, sed Dei; caritas non terrae, non coeli, sed eius qui fecit coelum et terram. Unde ista caritas homini? Ipsum audiamus: *Caritas, inquit: Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* Daturus ergo Dominus Spiritum sanctum, dixit se panem qui de coelo descendit, hortans ut credamus in eum. Credere enim in eum, hoc est manducare panem vivum. Qui credit, manducat; invisibiliter saginatur, quia invisibiliter renascitur. Infans intus est, novus intus est: ubi novellatur, ibi satiatur.

De radice cordis surgit confessio ad salutem.

2. Quid ergo talibus murmurantibus respondit Iesus? *Nolite murmurare ad invicem.* Tamquam dicens: Scio quare non esuriatis, et istum panem non intellegatis neque quaeratis.

⁸⁸ Gv 6, 40. NCEI omette “qui misit me”, secondo VulgN; il testo italiano viene adeguato a Vulg.

⁸⁹ Gv 5, 24.

⁹⁰ Gv 5, 26. In realtà la citazione si ferma ai “:”; la seconda parte è ripetizione del versetto che viene commentato; pertanto nella traduzione sposto la collocazione del riferimento.

⁹⁸ Gv 6, 41. Nell’economia del commento è importante non omettere “vivo”.

⁹⁹ Mt 6, 11 Vulg.: “Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie,”. È parte del Padrenostro nella versione di Mt, e “supersubstantialem” traduce esattamente l’ “ἐπιούσιον” del testo greco; ma noi siamo abituati a recitarlo secondo la versione di Lc 11, 3, che recita: “Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.” / “Dacci oggi il nostro pane quotidiano”. Come si può notare, Beda gioca con le due versioni.

¹⁰⁰ Gv 6, 41-42 Vulg.: “Murmurabant ergo Judæi de illo, quia dixisset : Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi, et dicebant: Nonne hic est Jesus filius Ioseph, cujus nos novimus patrem et matrem? quomodo ergo dicit hic: Quia de cælo descendi?”. Benché nella prima parte i tempi della citazione siano stati adattati, e il “descendi” sia passato dal discorso diretto all’indiretto, in italiano mantengo l’evidenziazione dell’intero periodo col corsivo.

*Nolite murmurare invicem: Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, attraxerit eum.*¹⁰¹

Ille venit, quem gratia Dei praevenit; cui cum Propheta dicamus, *Misericordia ejus praeveniet me.*¹⁰² Et iterum: *Misericordia ejus subsequetur me* (Psal. XXII)¹⁰³. Praevenit velle, subsequitur perficere.

Non mormorate tra voi. Nessuno può venire a me, se non lo attira il Padre che mi ha mandato.

Viene colui che la grazia di Dio ha prevenuto; di costui col Profeta diciamo, *Il mio Dio mi preceda con il suo amore.* E di nuovo, *E la [s]ua misericordia mi seguirà* (Sal 22, 6). Previene col volere, segue col portare a compimento.¹²⁹

Nolite murmurare ad invicem: nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum.

Magna gratiae commendatio! Nemo venit nisi tractus. Quem trahat et quem non trahat, quare illum trahat et illum non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare. Semel accipe, et intellege: nondum traheris? Ora ut traharis. Quid hic dicimus, fratres? Si trahimur ad Christum, ergo inviti credimus; ergo violentia adhibetur, non voluntas excitatur. Intrare quisquam ecclesiam potest nolens, accedere ad altare potest nolens, accipere Sacramentum potest nolens: credere non potest nisi volens. Si corpore crederetur, fieret in nolentibus: sed non corpore creditur. Apostolum audi: *Corde creditur ad iustitiam.* Et quid sequitur? *Ore autem confessio fit ad salutem.* De radice cordis surgit ista confessio. Aliquando audis confitentem, et nescis credentem. Sed nec debes vocare confitentem, quem iudicas non credentem. Hoc est enim confiteri, dicere quod habes in corde: si autem aliud in corde habes, aliud dicis; loqueris, non confiteris. Cum ergo in Christum corde credatur, quod nemo utique facit invitus, qui autem trahitur, tamquam invitus cogi videtur; quomodo istam solvimus quaestionem: *Nemo venit ad me nisi Pater qui misit me, traxerit eum?*

3. Si trahitur, ait aliquis, invitus venit. Si invitus venit, nec credit; si non credit, nec venit. Non enim ad Christum ambulando currimus, sed credendo: nec motu corporis, sed voluntate cordis accedimus. Ideo illa mulier quae fimbriam tetigit, magis tetigit quam turba quae pressit. Ideo Dominus dixit: *Quis me tetigit?* Et mirantes discipuli, dixerunt: *Turbae te comprimunt, et dicis: Quis me tetigit?* Et ille repetivit: *Tetigit me aliquis.* Illa tangit, turba premit. Quid est *tetigit*, nisi credidit? Unde et mulieri illi post resurrectionem dixit volenti se mittere ad pedes eius: *Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem.* Quod vides, hoc solum me esse putas; noli me tangere. Quid est? Hoc solum me esse putas quod tibi appareo, noli sic credere: hoc est: *Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem;* tibi non ascendi, nam inde nunquam recessi. In terra non tangebatur stantem, quomodo tangeret ad Patrem ascendentem? Sic tamen, sic se tangi voluit: sic tangitur ab eis a quibus bene tangitur, ascendens ad Patrem, manens cum Patre, aequalis Patri.

Trahit sua quamque voluptas.

4. Inde et hic si advertis: *Nemo venit ad me, nisi quem Pater attraxerit.* Noli te cogitare invitum trahi: trahitur animus et amore. Nec timere debemus ne ab hominibus qui verba perpendunt, et a rebus maxime divinis intellegendis longe remoti sunt, in hoc Scripturarum sanctarum evangelico verbo forsitan reprehendamus, et dicatur nobis: Quomodo voluntate credo, si trahor? Ego dico: parum est voluntate, etiam voluptate traheris. Quid est trahi voluptate? *Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui.* Est quaedam voluptas cordis, cui panis dulcis est ille coelestis. Porro si poetae dicere licuit: *Trahit sua quemque voluptas;* non necessitas, sed voluptas; non obligatio, sed delectatio: quanto fortius nos dicere debemus trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur sempiterna vita, quod totum Christus est? An vero habent corporis sensus voluptates suas, et animus deseritur a voluptatibus suis? Si animus non habet voluptates suas, unde dicitur: *Filii autem hominum, sub tegmine alarum tuarum sperabunt: inebriabuntur ab ubertate domus tuae, et torrente voluptatis tuae potabis eos; quoniam apud te est fons vitae, et in lumine tuo videbimus lumen?* Da amantem, et sentit quod dico. Da desiderantem, da esurientem, da in ista solitudine peregrinantem atque sitientem, et fontem aeternae patriae suspirantem: da talem, et scit quid dicam. Si autem frigidus loquor, nescit quid loquor. Tales erant isti qui invicem murmurabant. *Pater, inquit, quem traxerit, venit ad me.*

Ista revelatio, ipsa est adtractio.

5. Quid est autem: *Pater quem traxerit;* cum ipse Christus trahat? Quare voluit dicere: *Pater quem traxerit?* Si trahendi sumus, ab illo trahamur cui dicit quaedam quae diligit: *Post odorem unguentorum tuorum curremus.* Sed quid intellegi voluit, advertamus, fratres, et quantum possumus capiamus.

¹⁰¹ Gv 6, 43-44 Vulg.: “Nolite murmurare ad invicem: nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.”; Sabatier in nota: “Ms Cantabrig. *nemo potest venire ad me, nisi Pater qui me misit, adtraxerit illum:* [...] Corb. *nisi Pater qui misit me, attraxerit eum.* [...] Ambrosius l. 8. in Luc. col. 1472. c. *nemo venit ad me, nisi Pater meus, qui misit me, adtraxerit eum:* & epist. 9. 796. c. *nemo venit ad me, nisi quem Pater adtraxerit* [e altre citazioni da Ambrogio sempre con adtraxerit]”.

¹⁰² Si tratta di citazioni da due diversi salmi. Questa è da Sal 58, 11 Vulg.: “Deus meus misericordia ejus praeveniet me.”. Mantengo la traduzione NCEI perché non mi pare che le differenze siano rilevanti nell’economia del commento.

¹⁰³ Sal 22, 6 Vulg.: “Et misericordia tua subsequetur me”. NCEI traduce: “Sì, bontà e fedeltà mi saranno compagne”. Provvedo ad adottare una traduzione secondo Vulg. consona al commento, modificando poi il numero del soggetto.

¹²⁹ Nel tentativo di motivare la scelta di mantenere il verbo “prevenire” anche in italiano, faccio un’eccezione e mi appello alla terza parte del Catechismo della Chiesa Cattolica, “La vita in Cristo”, che, al n. 2001 del punto II “la grazia” cita Agostino: «Operiamo certamente anche noi, ma operiamo cooperando con Dio che opera prevenendoci con la sua misericordia. Ci previene però per guarirci e anche ci seguirà perché da santi diventiamo pure vigorosi, ci previene per chiamarci e ci seguirà per glorificarci, ci previene perché viviamo piamente e ci seguirà perché viviamo con lui eternamente, essendo certo che senza di lui non possiamo far nulla».

Trahit Pater ad Filium eos qui propterea credunt in Filium, quia eum cogitant Patrem habere Deum. Deus enim Pater aequalem sibi genuit Filium: et qui cogitat atque in fide sua sentit et ruminat aequalem esse Patri eum in quem credidit, ipsum Pater trahit ad Filium.

Qui enim de Christo dicit,
Non est Deus verus,
non trahit eum Pater, sed perversa cogitatio trahit eum veritati non consentire.

Ille tractus est a Patre, qui ait:

*Tu es Christus Filius Dei vivi (Matth. XVI).
Cui Dominus inquit,
Beatus es, Simon Bar Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in coelis est (Ibid.).* Ista revelatio ipsa est attractio.

Dum enim dixit:
*Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, attraxerit eum, continuo subjunxit, Et ego resuscitabo eum in novissimo die.*¹⁰⁴

Reddam quod sperat, videbit quod adhuc non videndo credidit. Manducabit quod esurit, satiabitur eo quod sitit. Ubi? In resurrectione mortuorum, quia ego resuscitabo eum in novissimo die.

*Scriptum est enim in prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei.*¹⁰⁵ Quare hoc dixit? O Iudaei, Pater vos non docuit quomodo potestis me cognoscere? Omnes regni illius homines docibiles Dei erunt. Non ab hominibus audient: et si ab hominibus audiunt, tamen quod intelligunt intus datur, intus coruscat, intus revelatur.

Homines foris verbum sonare possunt, sed in vanum laborant, nisi intus Deus docens aperiat sensus.
Ille est Dei docibilis, quem Deus intus veritatis instruit agnitione et amore.

*Omnis qui audit a Patre, et didicit, venit ad me.*¹⁰⁶ Quomodo trahit Pater? Docendo delectat, non necessitate cogendo:

quia nemo necessitate credit, sed voluntate.
Filius docebat, Pater docebat;
homo qui videbatur, loquebatur, sed ut Deus in corde audientis interius docebat. Ideo subjunxit:

Il Padre attira al Figlio coloro che per questo credono nel Figlio: perché pensano che egli ha Dio per Padre. Dio Padre, infatti, ha generato il Figlio uguale a sé; e colui che, nella sua fede, sente e rumina¹³⁰ che colui in cui crede è uguale al Padre, costui il Padre attrae al Figlio.

Chi infatti di Cristo dice,
Non è vero Dio,
Il Padre non lo attrae, ma una perversa meditazione lo attira a non consentire alla verità.

È attratto dal Padre colui che dice:

*Tu sei il Cristo, il Figlio del Dio vivente (Mt 16, 16).
Cui il Signore dichiara,
Beato sei tu, Simone, figlio di Giona, perché né carne né sangue te lo hanno rivelato, ma il Padre mio che è nei cieli (ibid. 16, 17).* Questa rivelazione stessa è attrazione.

Infatti mentre disse:
Nessuno può venire a me, se non lo attira il Padre che mi ha mandato, di fila soggiunse, e io lo risusciterò nell'ultimo giorno.

Renderò ciò che spera; vedrà ciò che sin allora senza vedere ha creduto. Mangerà ciò di cui ha fame, sarà saziato di ciò di cui ha sete. Dove? Nella risurrezione dei morti, perché io lo risusciterò nell'ultimo giorno.

Sta scritto nei profeti: E tutti saranno istruiti da Dio. Perché dice questo? O Giudei, il Padre non vi ha insegnato come potete conoscermi? Tutti gli uomini di quel regno saranno istruiti da Dio. Non ascolteranno dagli uomini; ma anche se ascoltano dagli uomini, tuttavia ciò che comprendono vien dato interiormente: interiormente illumina, interiormente si rivela.

Gli uomini possono far risuonare all'esterno la parola, ma faticano invano, se Dio non [ne] svela il senso insegnando interiormente. Può essere ammaestrato da Dio, colui che Dio istruisce interiormente alla conoscenza e all'amore della verità.

Chiunque ascolta il Padre e ha imparato da lui, viene a me. Come il Padre attrae? Innamora insegnando, non obbligando con la costrizione;

perché nessuno crede per costrizione, ma per volontà.
Il Figlio insegnava, il Padre insegnava;
l'uomo che era visto, parlava, ma come Dio insegnava interiormente nel cuore di chi udiva. Pertanto soggiunse:

Trahit Pater ad Filium eos qui propterea credunt in Filium, quia eum cogitant Patrem habere Deum: Deus enim Pater aequalem sibi genuit Filium: ut qui cogitat, atque in fide sua sentit et ruminat aequalem esse Patri eum in quem credidit, ipsum trahit Pater ad Filium.

Arius credidit creaturam, non eum traxit Pater; quia non considerat Patrem, qui Filium non credit aequalem. Quid dicis, o Ari? quid, haeretice, loqueris? quid est Christus? Non, inquit, Deus verus;

sed quem fecit Deus verus. Non te traxit Pater: non enim intellexisti Patrem, cuius Filium negas: aliud cogitas, non est ipse Filius; nec a Patre traheris, nec ad Filium traheris: aliud est enim Filius, aliud quod tu dicis. Photinus dixit: Homo solum est Christus, non est et Deus. Qui sic credit, non Pater eum traxit. Quem Pater traxit: *Tu es*, inquit: *Christus Filius Dei vivi*. Non sicut propheta, non sicut Ioannes, non sicut aliquis magnus iustus; sed sicut unicus, sicut aequalis, *tu es Christus Filius Dei vivi*.

Vide quia tractus est, et a Patre tractus est.
Beatus es Simon Bar-Iona, quia non tibi revelavit caro et sanguis, sed Pater meus qui in coelis est. Ista revelatio, ipsa est attractio.

Ramum viridem ostendis ovi, et trahis illam. Nuces puero demonstrantur, et trahitur: et quo currit trahitur, amando trahitur, sine laesione corporis trahitur, cordis vinculo trahitur. Si ergo ista quae inter delicias et voluptates terrenas revelantur amantibus, trahunt; quoniam verum est, "Trahit sua quemque voluptas;" non trahit revelatus Christus a Patre? Quid enim fortius desiderat anima quam veritatem? Quo avidas fauces habere debet, unde optare ut sanum sit intus palatum vera iudicandi, nisi ut manducet et bibat sapientiam, iustitiam, veritatem, aeternitatem?⁶ Ubi autem hoc? Ibi melius, verius ibi, plenius ibi. Nam hic facilius possumus esurire, et hoc si bonam spem habemus, quam satiari: *Beati enim, inquit, qui esuriunt et sitiunt iustitiam, sed hic; quoniam saturabuntur, sed ibi.* Ideo cum dixisset:

Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum, quid subiecit? Et ego resuscitabo eum in novissimo die.

Reddo illi quod amat, reddo quod sperat: videbit quod adhuc non videndo credidit; manducabit quod esurit, saturabitur eo quod sitit. Ubi? In resurrectione mortuorum, quia ego resuscitabo eum in novissimo die.

Trahere Dei est.
7. Scriptum est enim in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Quare hoc dixi, o Iudaei? Pater vos non docuit; quomodo potestis me agnoscere? Omnes regni illius homines docibiles Dei erunt, non ab hominibus audient. Et si ab hominibus audiunt, tamen quod intellegunt, intus datur, intus coruscat, intus revelatur.

Quid faciunt homines forinsecus annuntiantes? quid facio ego modo cum loquor? Strepitum verborum ingero auribus vestris. Nisi ergo revelet ille qui intus est, quid dico, aut quid loquor? Exterior cultor arboris, interior est Creator. Qui plantat et qui rigat, extrinsecus operatur: hoc facimus nos. Sed *neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus:* hoc est: *Erunt omnes docibiles Dei.* Qui, omnes?

Omnis qui audivit a Patre et didicit, venit ad me. Videte quomodo trahit Pater; docendo delectat, non necessitatem imponendo.

Ecce quomodo trahit. *Erunt omnes docibiles Dei:* trahere Dei est. *Omnis qui audivit a Patre et didicit, venit ad me:* trahere Dei est.

8. Quid igitur, fratres? Si omnis qui audivit a Patre et didicit, ipse venit ad Christum, Christus nihil hic docuit? Quid quod Patrem magistrum homines non viderunt, Filium viderunt?

Filius dicebat, sed Pater docebat.
Ego cum homo sim, quem doceo? quem, fratres, nisi eum, qui audivit verbum meum? Si ego cum homo sim, illum doceo qui audit verbum meum; illum docet et Pater, qui audit Verbum eius: si illum docet Pater qui audit Verbum eius; quaere quid sit Christus, et invenies Verbum eius: *In principio erat Verbum.* Non: In principio fecit Deus

¹⁰⁴ Gv 6, 44.

¹⁰⁵ Gv 6, 45.

¹⁰⁶ Gv 6, 45 Vulg.: "Omnis, qui audivit a Patre, et didicit, venit ad me."; Sabatier in nota: "S. Germ. & Maj. Mon. *Omnis, qui audit a Patre. S. Gat. qui audit a Patre meo. Cantabrig. qui audit a Patre, & didicerit. [...]* Hilar. l. 9. De Trin. Col. 1016. D. *Omnis, qui audit a Patre, & discit, venit ad me.*"; in italiano viene adeguato il tempo.

¹³⁰ Avrei dovuto tradurre con un più facile "medita". Ma il ruminare è l'azione del bovino che dal pre-stomaco richiama poco per volta alla bocca il foraggio per tritularlo lentamente e assimilarlo meglio. Come rinunciare a un verbo tanto espressivo?

*Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est a Deo, hic vidit Patrem.*¹⁰⁷

Ego sum a Patre, et ideo Patrem video.

Quid est doceri a Patre, nisi audire verbum Patris, id est me? Ne forte ergo cum dico vobis, *Omnis qui audit a Patre, et didicit*, dicatis apud vos, Sed nunquam vidimus Patrem, quomodo ergo discere potuimus a Patre? A me ipso audite: non quia Patrem vidit quisquam; sed qui est a Deo, hic vidit Patrem. Ego novi Patrem; ab illo sum. Sed quomodo? Verbum ab illo, cuius est verbum, non quod sonat et transit, sed quod manet dicente, et trahit audientem.

*Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam aeternam.*¹⁰⁸ Revelare se voluit quid esset; nam compendio dicere potuit, Qui credit in me, habet me. Ipse enim Christus verus est Deus, et vita aeterna. Qui ergo credit in me, inquit, venit ad me; et qui venit ad me, habet me. Quid est autem habere me? habere vitam aeternam. Mortem assumpsit vita aeterna, mori voluit; sed de tuo, homo, non de suo. Accepit a te, unde moreretur pro te.

Assumpsit ergo vita mortem, ut vita occideret mortem. Nam qui credit, inquit, habet vitam aeternam, non quod patet, sed quod latet. Vita enim aeterna Verbi in principio erat apud Deum, et Deus erat Verbum, et erat lux vita hominum (Joan. I).

Mori venit, sed die tertia resurrexit.

Ego sum, inquit, *panis vitae*.¹⁰⁹ Et unde illi superbiebant? *Patres*, inquit, *vestri manducaverunt manna, et mortui sunt*.¹¹⁰

Quare manducaverunt et mortui sunt? Quia quod videbant, credebant; quod non videbant, non intelligebant. Ideo patres vestri, quia similes estis illorum.

Manducaverunt Moyses, et Aaron, et caeteri sancti qui fuerunt in populo, manna,

et non sunt mortui,

quia non spiritualiter visibilem cibum intellexerunt, spiritualiter esurierunt.

Alii vero manducaverunt et permanserunt in infidelitate: sicut Judaei audierunt loquentem Christum, sed non spiritualiter verba ejus intellexerunt. Ideo dixit eis, *Patres vestri manducaverunt manna in deserto, et mortui sunt*; qua morte, nisi

Non perché qualcuno abbia visto il Padre; solo colui che viene da Dio ha visto il Padre.

Io sono dal Padre, e pertanto vedo il Padre.

Cosa significa essere istruiti dal Padre, se non ascoltare la parola del Padre, cioè me? Forse che quando vi dico: *Chiunque ascolta il Padre e ha imparato da lui*, non dite fra di voi: Se non abbiamo mai visto il Padre, come dunque abbiamo potuto imparare dal Padre? Da me in persona ascoltate: *non perché qualcuno abbia visto il Padre, solo colui che viene da Dio ha visto il Padre*. Io ho conosciuto il Padre; sono da lui. Ma in che modo? La parola da colui di cui è parola; non che suona e passa, ma che permane presso chi la pronuncia, e che attrae chi l'ascolta.

In verità, in verità io vi dico: chi crede ha la vita eterna. Ha voluto rivelare sé: ciò che è; infatti in modo conciso potè dire: Chi crede in me, ha me. Cristo infatti è proprio vero Dio e vita eterna. Chi dunque crede in me, [egli] dice, viene a me; e chi viene a me, ha me. Ma cos'è avere me? È avere la vita eterna. La vita eterna assunse la morte, volle morire; ma in ciò che è tuo, uomo, non che è suo. Lo ha preso da te, per morire per te.

La vita assunse dunque la morte, affinché la vita uccidesse la morte. Infatti *chi crede*, dice, *ha la vita eterna*, non che si vede, ma che non si vede. Infatti, la vita eterna del Verbo, *era in principio presso Dio, e il Verbo era Dio, ed era la luce la vita degli uomini* (cfr Gv 1, 1-4).

Venne a morire, ma il terzo giorno risuscitò.

Io sono, dice, *il pane della vita*. Di che cosa si vantavano quelli? *I vostri padri*, dice, *hanno mangiato la manna [...] e sono morti*.

Perché, mangiarono e sono morti? Perché credevano a ciò che vedevano; non comprendevano ciò che non vedevano. Pertanto [sono] vostri padri, perché voi siete simili a loro.

Mangiarono la manna Mosè, e Aronne, e gli altri santi che furono nel popolo,

e non sono morti,

poiché non ebbero l'intelligenza spirituale del cibo visibile, ne ebbero fame spiritualmente.

Altri invero mangiarono e permasero nell'infedeltà: così come i Giudei udirono parlare Cristo, ma non compresero spiritualmente le sue parole. Pertanto disse loro: *I vostri padri hanno mangiato la manna nel deserto e sono morti*; di che morte, se non di

Verbum; quomodo: *In principio fecit Deus coelum et terram*: ecce quia non est creatura. Disce trahi ad Filium a Patre; doceat te Pater, audi Verbum eius. Quod Verbum eius, inquis, audio? *In principio erat Verbum*; non factum est, sed *erat*: *Et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*. Quomodo homines in carne constituti audiant tale Verbum? Quia *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*.

9. Exponit hoc et ipse,

et ostendit nobis quid dixerit: *Qui audivit a Patre et didicit, venit ad me*. Continuo subiecit quod cogitare possemus:

Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est a Deo, hic vidit Patrem.

Quid est quod ait? Ego vidi Patrem, vos non vidistis Patrem; et tamen non venit ad me, nisi trahamini a Patre. Quid est autem vos trahi a Patre, nisi discere a Patre? quid est discere a Patre, nisi audire a Patre?

quid est audire a Patre, nisi audire Verbum Patris, id est me? Ne forte ergo cum dico vobis: *Omnis qui audivit a Patre et didicit*, dicatis apud vos:

Sed nunquam vidimus Patrem; quomodo discere potuimus a Patre? a meipso audite:

Non quia Patrem vidit quisquam,

sed qui est a Deo, hic vidit Patrem. Ego novi Patrem, ab illo sum: sed quomodo verbum ab illo cuius est verbum; non quod sonat et transit, sed quod manet cum dicente, et trahit audientem.

10. Admoneat quod sequitur:

Amen, amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam aeternam. Revelare se voluit quid esset: nam compendio dicere potuit: Qui credit in me, habet me. Ipse enim Christus verus Deus est et vita aeterna. Qui ergo credit in me, inquit, it in me; et qui it in me, habet me. Quid est autem habere me? Habere vitam aeternam. Vita aeterna mortem assumpsit, vita aeterna mori voluit; sed de tuo, non de suo: accepit a te, ubi moreretur pro te.

Ab hominibus enim carnem assumpsit, sed non more hominum. Nam Patrem habens in coelo, matrem elegit in terra: et illic natus sine matre, et hic sine Patre.

Assumpsit ergo vita mortem, ut vita occideret mortem. Nam *qui in me credit*, inquit, *habet vitam aeternam*: non quod patet, sed quod latet. Vita enim aeterna

Verbum: in principio erat apud Deum, et Deus erat Verbum et vita erat lux hominum.

Ipse vita aeterna, dedit et carni susceptae vitam aeternam.

Mori venit, sed die tertio resurrexit.

Inter Verbum suscipiens, et carnem resurgentem, mors media consumpta est.

11. *Ego sum*, inquit, *panis vitae*. Et unde illi superbiebant? *Patres vestri*, inquit, *manducaverunt in deserto manna, et mortui sunt*.

Quid est unde superbitis? *Manducaverunt manna, et mortui sunt*.

Quare manducaverunt, et mortui sunt? Quia quod videbant, credebant: quod non videbant, non intellegebant. Ideo patres vestri, quia similes estis illorum.

Nam quantum pertinet, fratres mei, ad mortem istam visibilem et corporalem, numquid nos non morimur qui manducamus panem de coelo descendentem? Sic sunt mortui et illi, quemadmodum nos sumus morituri; quantum attinet, ut dixi, ad mortem huius corporis visibilem atque carnalem. Quantum autem pertinet ad illam mortem, de qua terret Dominus, qua mortui sunt patres istorum; manducavit manna et Moyses, manducavit manna et Aaron, manducavit manna et Phinees, manducaverunt ibi multi qui Domino placuerunt,

et mortui non sunt.

Quare?

Quia visibilem cibum spiritaliter intellexerunt, spiritaliter esurierunt, spiritaliter gustaverunt, ut spiritaliter satiarentur. Nam et nos hodie accipimus visibilem cibum: sed aliud est Sacramentum, aliud virtus Sacramenti. Quam multi de altari accipiunt et moriuntur, et accipiendo moriuntur? Unde dicit Apostolus: *Iudicium sibi manducat et bibit*. Non enim buccella Dominica venenum fuit Iudae. Et tamen accepit, et cum accepit, in eum inimicus intravit: non quia malum accepit, sed quia bonum male malus accepit. Videte ergo, fratres, panem coelestem spiritaliter manducate, innocentiam ad

¹⁰⁷ Gv 6, 46.

¹⁰⁸ Gv 6, 47.

¹⁰⁹ Gv 6, 48.

¹¹⁰ Gv 6, 49.

infidelitatis? Nam communi morte mortui sunt, et sancti qui fuerunt inter eos. Ideo signavit Dominus Jesus his verbis mortem spiritualem, non carnalem.

Patres ergo istorum, id est mali patres malorum, infideles patres infidelium, murmuratores patres murmuratorum; nam de nulla re magis Deum offendisse ille populus dictus est, quam contra Deum murmurando. Ideo et Dominus volens ostendere talium filios, hinc ad eos coepit:

Quid murmuratis invicem, murmuratores, filii murmuratorum? Patres vestri manna manducaverunt, et mortui sunt; non quia malum erat manna, sed quia male manducaverunt.

Hic est panis qui de coelo descendit.¹¹¹ Hunc panem significavit manna; hunc autem panem significavit altare Dei. Sacramenta illa fuerunt in signis; diversa sunt in re, quae significantur paria sunt. Apostolum audi: *Nolo enim vos, inquit, ignorare, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes per mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari, et omnes eandem escam spiritualem manducaverunt (I Cor. X)*¹¹². Spiritualem utique, non corporalem. Alteram illi, quia manna, nos aliud; spiritualem vero eandem quam nos, sed patres nostri, non patres illorum, quibus nos similes sumus, non quibus illi similes fuerunt.

Hic est ergo panis de coelo descendens; ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur.¹¹³ Sed quod pertinet ad virtutem sacramenti, non quod pertinet ad visibile sacramentum: qui manducat intus, non foris; qui manducat in corde, non qui premit dente.

Ego sum panis vivus qui de coelo descendi.¹¹⁴ Ideo vivus, quia de coelo descendi. De coelo descendit et manna; sed manna umbra erat, iste veritas est.

Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita.¹¹⁵ Hoc quando [F. quomodo]¹¹⁶ caperet caro, quod dixit panem carnem? Vocatur caro, quod non capit caro; et ideo magis non capit caro, quia vocatur caro; hoc enim exhorruerunt, hoc adsimulatum esse dixerunt, hoc non posse fieri putaverunt. *Caro mea est, inquit, pro mundi vita.* Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi esse non negligunt; fiant corpus Christi, si volunt vivere de Spiritu Christi. De Spiritu Christi non vivit, nisi corpus Christi.

Quisquis vivere vult, credat in Christum, manducet spiritualiter spiritualem cibum.

Incorporetur corpori Christi,

infedeltà? Infatti di morte comune sono morti anche i santi che furono tra loro. Pertanto con queste parole il Signore Gesù ha indicato la morte spirituale, non la carnale.

Dunque i padri di costoro, cioè padri malvagi di malvagi, padri infedeli di infedeli, padri mormoratori di mormoratori. È stato infatti detto che quel popolo in nessuna cosa abbia offeso tanto Dio, quanto mormorando contro Dio. Per questo, volendo anche il Signore mostrare che erano figli di tali [padri], cominciò così con loro: *Cosa mormorate tra voi, mormoratori, figli di mormoratori? I vostri padri hanno mangiato la manna e sono morti; non perché la manna fosse male, ma perché la mangiarono male.*

Questo è il pane che discende dal cielo. La manna ha simboleggiato questo pane, questo pane ha simboleggiato anche l'altare di Dio. Quei sacramenti furono nei segni: diversi nelle cose, ma pari in ciò che significano. Ascolta l'Apostolo: *Non voglio infatti, disse, che ignoriate, fratelli, che i nostri padri furono tutti sotto la nube, tutti attraversarono il mare, tutti furono battezzati in rapporto a Mosè nella nube e nel mare, tutti mangiarono lo stesso cibo spirituale, (1Cor 10, 1-3).* Sì, spirituale, non corporale. Loro altro [cibo], perché manna, noi un'altra cosa. Spiritualmente, invero, il medesimo di noi. Ma i nostri padri, non i loro padri, quelli ai quali noi siamo simili, non quelli ai quali essi furono simili.

Questo è il pane, dunque, che discende dal cielo, perché chi ne mangia non muoia. Ma questo si riferisce alla virtù del sacramento, non al sacramento visibile: chi mangia interiormente, non esteriormente: chi mangia col cuore, non chi mastica coi denti.

Io sono il pane vivo, disceso dal cielo. Dunque vivo, perché sono disceso dal cielo. Dal cielo discese anche la manna; ma la manna era ombra, questo è verità.

Se uno mangia di questo pane vivrà in eterno e il pane che io darò è la mia carne per la vita del mondo. Come potrà capire la carne perché ha chiamato carne il pane? È chiamato carne quel che la carne non comprende; e ancor più la carne non comprende perché è chiamato carne. Di questo infatti inorridirono, questo dissero che era falso, questo ritennero non possibile. È la mia carne, dice, per la vita del mondo. I fedeli conoscono il corpo di Cristo, se non trascurano di essere il corpo di Cristo. Diventino corpo di Cristo se vogliono vivere dello Spirito di Cristo. Dello Spirito di Cristo non vive se non il corpo di Cristo.

Chiunque vuol vivere, creda in Cristo, mangi spiritualmente cibo spirituale.

Sia incorporato al corpo di Cristo,

altare apportate. Peccata etsi sunt quotidiana, vel non sint mortifera. Antequam ad altare accedatis, attendite quid dicatis: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Dimittis, dimittetur tibi: securus accede, panis est, non venenum. Sed vide si dimittis: nam si non dimittis, mentiris, et ei mentiris, quem non fallis. Mentiri Deo potes, Deum fallere non potes. Novit ille quid agat. Intus te videt, intus te examinat, intus inspicit, intus iudicat, intus aut damnat, aut coronat.

Patres autem istorum, id est mali patres malorum, infideles patres infidelium, murmuratores patres murmuratorum. Nam de nulla re magis Dominum offendisse ille populus dictus est, quam contra Deum murmurando. Ideo et Dominus eos volens ostendere talium filios, hinc ad eos coepit:

Quid murmuratis in invicem, murmuratores, filii murmuratorum? Patres vestri manna manducaverunt, et mortui sunt: non quia malum erat manna, sed quia male manducaverunt.

12. Hic est panis qui de coelo descendit. Hunc panem significavit manna, hunc panem significavit altare Dei. Sacramenta illa fuerunt in signis diversa sunt; in re quae significantur paria sunt. Apostolum audi: *Nolo enim vos, inquit, ignorare, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moysen baptizati sunt in nube et in mari, et omnes eandem escam spiritualem manducaverunt.* Spiritalem utique eandem; nam corporalem alteram, quia illi manna, nos aliud: spiritalem vero, quam nos. Sed patres nostri, non patres illorum: quibus nos similes sumus, non quibus illi similes fuerunt.

Et adiungit: *Et omnes eundem potum spiritualem biberunt.* Aliud illi, aliud nos; sed specie visibili, quod tamen hoc idem significare virtute spiritali. Quomodo enim eundem potum? *Bibebant, inquit, de spiritali sequente petra: petra autem erat Christus.* Inde panis, inde potus. Petra Christus in signo, verus Christus in Verbo et in carne. Et quomodo biberunt? Percussa est petra de virga bis: gemina percussio, duo ligna crucis significat.

Hic est ergo panis de coelo descendens, ut si quis manducaverit ex ipso, non moriatur. Sed quod pertinet ad virtutem Sacramenti, non quod pertinet ad visibile Sacramentum: qui manducat intus, non foris; qui manducat in corde, non qui premit dente.

De Spiritu Christi non vivit nisi corpus Christi.

13. Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi. Ideo vivus, quia de coelo descendi. De coelo descendit et manna: sed manna umbra erat, iste veritas est.

Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum: et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Hoc quando caperet caro, quod dixit panem, carnem? Vocatur caro, quod non capit caro: et ideo magis non capit caro, quia vocatur caro. Hoc enim exhorruerunt, hoc ad se multum esse dixerunt, hoc non posse fieri putaverunt. *Caro mea est, inquit, pro mundi vita.* Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi esse non neglegant.

Fiant corpus Christi, si volunt vivere de Spiritu Christi. De spiritu Christi non vivit, nisi corpus Christi.

Intellegite, fratres mei, quid dixerim. Homo es, et spiritum habes, et corpus habes. Spiritum dico quae anima vocatur, qua constat quod homo es: constas enim ex anima et corpore. Habes itaque spiritum invisibilem, corpus visibile. Dic mihi quid ex quo vivat: spiritus tuus vivit ex corpore tuo, an corpus tuum ex spiritu tuo? Respondet omnis qui vivit: qui autem hoc non potest respondere, nescio si vivit: quid respondet omnis qui vivit? Corpus utique meum vivit de spiritu meo. Vis ergo et tu vivere de Spiritu Christi? In corpore esto Christi. Numquid enim corpus meum vivit de spiritu tuo? Meum vivit de spiritu meo, et tuum de tuo. Non potest vivere corpus Christi, nisi de Spiritu Christi. Inde est quod exponens nobis apostolus Paulus hunc panem: *Unus panis, inquit, unum corpus multi sumus.* O Sacramentum pietatis! o signum unitatis! o vinculum caritatis! Qui vult vivere, habet ubi vivat, habet unde vivat. Accedat, credat ut incorporetur, ut vivificetur. Non abhorreat a compage membrorum,

¹¹¹ Gv 6, 50 Vulg.: “Hic est panis de coelo descendens.”; Sabatier in nota: “Corb. *Hic est autem panis, qui descendit.* S. Gat. & Maj Mon. *Hic est panis, qui de coelo descendit.* Similiter Cantabrig. [...] Ambros. l. de bened. Patr. c. 9. col. 525. a. *Hic est autem panis, qui de coelo descendit:* [+ Agostino]”.

¹¹² 1Cor 10, 1-3 Vulg.: “... et omnes mare transierunt, ...”; VL: “... et omnes per mare transierunt, ...”.

¹¹³ Gv 6, 50.

¹¹⁴ Gv 6, 51.

¹¹⁵ Gv 6, 51.

¹¹⁶ Trovo il fatto piuttosto divertente: Migne propone il dubbio mentre gli editori del testo di Agostino. Personalmente adotto, di fatto, il dubbio proposto; ma si può anche accettare: “Quando [mai] la carne potrà capire ...”.

et non sit putridum membrum, quod resecari mereatur:

sit pulchrum, sit sanum, sit aptum capiti suo.

*Litigabant ergo Iudaei ad invicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?*¹¹⁷ Litigabant utique ad invicem, quoniam panem concordiae non intelligebant, nec sumere volebant. Nam qui manducant talem panem, non litigant ad invicem, quoniam *unus panis, unum corpus multi sumus* (I Cor. X): et per hunc fecit Deus huiusmodi habitare in domo¹¹⁸.

Quod autem ad invicem litigantes quaerunt quomodo possit Dominus carnem suam dare ad manducandum, non statim edunt, sed adhuc eis dicitur:

*Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.*¹¹⁹ Quomodo quidem detur, et quinam modi sint manducandi istum panem ignoratis: verumtamen *nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et ejus sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis.* Haec non utique cadaveribus, sed viventibus loquebatur. Unde, ne istam vitam intelligentes, de hac re litigarent, secutus adiunxit:

*Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam.*¹²⁰ Hanc ergo non habet, qui istum panem non manducat, nec istum sanguinem bibit. Nam temporalem vitam, sine ullo utcunque homines in hoc saeculo, qui non sunt per fidem in corpore ejus, habere possunt: aeternam autem nunquam, quae sanctis promittitur.

Ne autem putarent sic in isto cibo et potu eis qui carnaliter sumunt, et non spiritualiter intelligunt, in fine promitti vitam aeternam, continuo subiecit, et dixit:

*Ego resuscitabo eum in novissimo die.*¹²¹ Ut habeat interim secundum spiritum vitam aeternam in requie, quae sanctorum spiritus suscipit. Quod autem ad corpus attinet, nec ejus vita aeterna fraudatur, sed in resurrectione mortuorum novissimo die caro resuscitabitur.

*Caro enim mea, inquit, vere est cibus, et sanguis meus vere est potus.*¹²² Cum enim cibo et potu id appetant homines, ut non esuriant neque sitiunt, hoc veraciter non praestat, nisi iste cibus et potus, qui eos a quibus sumitur immortales et incorruptibiles facit, id est societas ipsa sanctorum, ubi pax erit, et unitas plena, atque perfecta;

e non sia un membro infetto che meriti di essere amputato:

sia bello, sia sano, sia valido per il suo capo.

Allora i Giudei si misero a discutere aspramente fra loro: «Come può costui darci la sua carne da mangiare?». Discutevano tra loro certo perché non comprendevano il pane della concordia, e non volevano assumerlo. Infatti coloro che mangiano un tale pane, non litigano tra loro, *poiché vi è un solo pane, noi siamo, benché molti, un solo corpo* (1Cor 10, 17): E, per mezzo di questo, Dio fece abitare in questo modo nella casa.

Ma poiché, litigando tra loro, si domandano come possa il Signore dare da mangiare la sua carne, non se ne vanno subito, ma viene loro detto ancora:

In verità, in verità io vi dico: se non mangiate la carne del Figlio dell'uomo e non bevete il suo sangue, non avete in voi la vita. Certo ignorate come venga dato e quali sono i modi di mangiare questo pane: tuttavia *se non mangiate la carne del Figlio dell'uomo e non bevete il suo sangue, non avrete in voi la vita.* Certamente non parlava a dei cadaveri, ma a dei vivi. Per cui, affinché non litigassero di ciò, intendendo [che parlava di] questa vita, proseguendo aggiunse:

Chi mangia la mia carne e beve il mio sangue ha la vita eterna. Quindi non ce l'ha chi non mangia questo pane, nè beve questo sangue. Infatti la vita temporale, senza dubbio e in ogni caso, gli uomini in questo secolo, quelli che non sono nel suo corpo per fede, possono averla; la vita eterna, quella che è promessa ai santi, invece mai.

Ma affinché non ritenessero che così, con questo cibo e bevanda, a coloro che li assumono carnalmente, e non li comprendono spiritualmente, alla fine fosse promessa la vita eterna, di seguito soggiunse, e disse:

E io lo risusciterò nell'ultimo giorno. Affinché intanto abbia, secondo lo spirito, la vita eterna nel riposo, quella che riceve lo spirito dei santi. Ma per quanto attiene al corpo, non viene defraudato della vita eterna, ma nella risurrezione dei morti all'ultimo giorno la carne sarà resuscitata.

Perché la mia carne è vero cibo e il mio sangue vera bevanda. Dato infatti che gli uomini nel cibo e nella bevanda, bramano ciò: di non aver fame, né aver sete, questo non lo procura¹³¹ veramente se non questo cibo e bevanda, che rende immortali e incorruttibili coloro da cui è assunto, cioè la società stessa dei santi, dove sarà pace e

non sit putre membrum quod resecari mereatur,

non sit distortum de quo erubescatur:

sit pulchrum, sit aptum, sit sanum;

haereat corpori, vivat Deo de Deo: nunc laboret in terra, ut postea regnet in coelo.

14. Litigabant ergo Iudaei ad invicem, dicentes: Quomodo potest hic carnem suam nobis dare ad manducandum? Litigabant utique ad invicem, quoniam panem concordiae non intellegebant, nec sumere volebant: nam qui manducant talem panem, non litigant ad invicem; quoniam *unus panis, unum corpus multi sumus*. Et per hunc *facit Deus unius modi habitare in domo*.

15. Quod autem ad invicem litigantes quaerunt, quomodo possit Dominus carnem suam dare ad manducandum, non statim audiunt: sed adhuc eis dicitur:

Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quomodo quidem edatur, et quisnam modus sit manducandi istum panem, ignoratis; verumtamen *nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Haec non utique cadaveribus, sed viventibus loquebatur. Unde, ne istam vitam intelligentes et de hac re litigarent, secutus adiunxit:

Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam. Hanc ergo non habet, qui istum panem non manducat, nec istum sanguinem bibit: nam temporalem vitam sine

illo

habere homines possunt, aeternam

vero omnino non possunt. Qui ergo non manducat eius carnem, nec bibit eius sanguinem, non habet in se vitam: et qui manducat eius carnem, et bibit eius sanguinem, habet vitam. Ad utrumque autem respondet quod dixit, *aeternam*. Non ita est in hac esca, quam sustentandae huius temporalis vitae causa sumimus. Nam qui eam non sumpserit, non vivet: nec tamen qui eam sumpserit, vivet. Fieri enim potest ut senio, vel morbo, vel aliquo casu, plurimi et qui eam sumpserint moriantur. In hoc vero cibo et potu, id est corpore et sanguine Domini, non ita est. Nam et qui eam non sumit, non habet vitam: et qui eam sumit, habet vitam, et hanc utique aeternam. Hunc itaque cibum et potum societatem vult intellegi corporis et membrorum suorum, quod est sancta Ecclesia in praedestinatiis et vocatis, et iustificatis, et glorificatis sanctis, et fidelibus eius. Quorum primum iam factum est, id est, praedestinatio: secundum et tertium factum est, et fit, et fiet, id est, vocatio et iustificatio: quartum vero nunc in spe est, in re autem futurum est, id est, glorificatio. Huius rei Sacramentum, id est, unitatis corporis et sanguinis Christi alicubi quotidie, alicubi certis intervallis dierum in dominica mensa praeparatur, et de mensa dominica sumitur: quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium: res vero ipsa cuius sacramentum est, omni homini ad vitam, nulli ad exitium, quicumque eius particeps fuerit.

16. Ne autem putarent sic in isto cibo et potu

promitti vitam aeternam,

ut qui eam sumerent, iam nec corpore morerentur; huic cogitationi dignatus est occurrere. Nam cum dixisset: *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam;* continuo subiecit:

Et ego resuscitabo eum in novissimo die. Ut habeat interim secundum spiritum vitam aeternam in requie, quae sanctorum spiritus suscipit: quod autem ad corpus attinet, nec eius vita aeterna fraudatur, sed in resurrectione mortuorum novissimo die.

Societas sanctorum.

17. Caro enim mea, inquit, vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Cum enim cibo et potu id appetant homines, ut non esuriant, neque sitiunt; hoc veraciter non praestat nisi iste cibus et potus, qui eos a quibus sumitur, immortales et incorruptibiles facit, id est societas ipsa sanctorum, ubi pax erit et unitas plena atque perfecta.

¹¹⁷ Gv 6, 52.

¹¹⁸ cfr Sal 67, 7 Vulg.: “Deus qui inhabitare facit unius moris in domo”.

¹¹⁹ Gv 6, 53.

¹²⁰ Gv 6, 54.

¹²¹ Gv 6, 54.

¹²² Gv 6, 55.

¹³¹ Beda usa qui al singolare i verbi riferiti a “iste cibus et potus”. Ho deciso di mantenerli al singolare anche in italiano perché mi è parso sottolineare efficacemente l’unità nel corpo di Cristo delle due specie eucaristiche; cosa di cui noi occidentali, abituati ad assumere il solo pane non intinto, non siamo forse coì immediatamente consci.

propterea quippe, sicut etiam hoc ante nos intellexerunt homines, Dominus noster Jesus Christus corpus et sanguinem suum in eis rebus commendavit, quae ad unum aliquid rediguntur ex multis: namque aliud in unum ex multis granis conficitur, aliud in unum ex multis acinis confluit.

Denique jam exponit quomodo id fiat quod loquitur, et quid sit manducare corpus ejus, et sanguinem bibere.

*Et qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo.*¹²³ Hoc est ergo manducare illam escam, et illum bibere potum, in Christo manere, et illum manentem in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, et in quo non manet Christus, procul dubio nec manducat spiritualiter ejus carnem, licet carnaliter et visibiliter premat dentibus sacramentum corporis et sanguinis Christi;

sed magis tantae rei sacramentum ad iudicium sibi manducat et bibit, quia immundus praesumit ad Christi accedere sacramenta, quae alius non digne sumit, nisi qui mundus est; de quibus dicitur: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* (Matth. V).

*Sicut misit me, inquit, vivens Pater, et ego vivo propter Patrem: et qui manducat me, et ipse vivit propter me.*¹²⁴

Non enim Filius participatione Patris fit melior, qui est natus aequalis, sicut participatio Filii per unitatem corporis ejus et sanguinis, quod illa manducatio potatioque significat, efficit nos meliores. Vivimus ergo nos propter ipsum, manducantes eum, id est, ipsum accipientes aeternam vitam, quam non habemus ex nobis. Vivit autem ipse propter Patrem, missus ab eo, quia semetipsum exinanivit, factus obediens usque ad lignum crucis (Philip. II)¹²⁵.

Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem: et qui manducat me, et ipse vivit propter me. Ac si diceret: Et ego vivo propter Patrem; id est, ad illum tanquam ad majorem refero vitam meam, quod exinanitio mea fecit; in qua me misit. Ut autem quisque vivat propter me, participatio facit qua manducat me.

Ego itaque humiliatus vivo propter Patrem, ille erectus vivit propter me.

Non de ea natura dixit, qua semper est aequalis Patri, sed de ea in qua minor factus est Pater. Qui etiam superius dixit:

Sicut Pater habet vitam in semetipso, ita dedit Filio vitam habere in semetipso (Joan. V), id est, genuit Filium vitam habentem in semetipso.

*Hic est panis, qui de coelo descendit.*¹²⁶ Ut illum manducando vivamus, qui aeternam vitam ex nobis habere non possumus.

Non sicut manducaverunt, inquit, patres vestri manna, et mortui sunt. Qui manducat hunc panem vivet in aeternum.

*Haec dixit in synagoga, docens in Capharnaum.*¹²⁷

Quod ergo illi mortui sunt, ita vult intelligi, ut non vivant in aeternum¹²⁸. Nam temporaliter profecto et hi morientur, qui Christum manducant; sed vivunt in aeternum, quia Christus est vita aeterna.

l'unità piena e perfetta. È per questo che, come hanno capito gli uomini prima di noi, il Signore nostro Gesù Cristo ha affidato il suo corpo e sangue, a quelle cose che dalla molteplicità riconducono qualcosa all'unità: infatti, l'uno è confezionato in uno con molti chicchi, l'altro confluisce in uno da molti acini.

Finalmente il Signore spiega come avvenga ciò di cui parla, e cosa sia il mangiare il suo corpo e bere il suo sangue:

Chi mangia la mia carne e beve il mio sangue rimane in me e io in lui. Questo è dunque mangiare quel cibo e bere quella bevanda: dimorare in Cristo, e avere Cristo che dimora in noi. E perciò colui che non dimora in Cristo, e nel quale Cristo non dimora, senza dubbio nemmeno mangia spiritualmente la sua carne, benché carnalmente e visibilmente mastichi coi denti il sacramento del corpo e sangue di Cristo;

ma piuttosto mangia e beve a propria condanna il sacramento di tanta importanza, perché, immondo, pretende di accedere ai sacramenti di Cristo, che nessuno assume degnamente se non chi è puro; di cui è detto: *Beati i puri di cuore, perché vedranno Dio* (Mt 5, 8).

Come il Padre, dice, che ha la vita, ha mandato me e io vivo per il Padre, così anche colui che mangia me vive per me.

Il Figlio non diviene infatti migliore per partecipazione al Padre, egli che è nato uguale; come invece la partecipazione al Figlio nell'unità del suo corpo e sangue – che quel mangiare e bere significa – ci rende migliori. Noi viviamo, dunque, per mezzo di lui, mangiando lui, cioè ricevendo lui che è la vita eterna, che da noi non abbiamo. Ma egli vive per il Padre, che lo ha mandato, perché *svuotò se stesso, facendosi obbediente fino al legno della croce* (cf. Fil 2, 7-8).

Come il Padre, dice, che ha la vita, ha mandato me e io vivo per il Padre, così anche colui che mangia me vive per me. Come se dicesse: Anche io vivo per il Padre, cioè riferisco la mia vita a lui, come a chi è più grande; il che ha fatto il mio annientamento, per il quale egli mi ha mandato. Ma affinché uno viva per me, fa comunione nella quale mangia me. Pertanto io, umiliato, vivo per il Padre; quello, elevato, vive per me.

Non ha detto di quella natura, per la quale è sempre uguale al Padre, ma di quella nella quale è reso minore al Padre. Lui che più sopra disse: *Come [...] il Padre ha la vita in se stesso, così ha concesso anche al Figlio di avere la vita in se stesso* (Gv 5, 26), cioè generò un Figlio che avesse la vita in se stesso.

Questo è il pane disceso dal cielo. Affinché, mangiando, viviamo, dato che da noi non possiamo avere la vita eterna.

Non è come quello che mangiarono, dice, i padri e morirono. Chi mangia questo pane vivrà in eterno.

Disse queste cose, insegnando nella sinagoga a Cafarna.

Che dunque essi sono morti - così vuole che si capisca – affinché non vivano per sempre. Infatti di certo temporalmente muoiono anche coloro che mangiano Cristo; ma vivranno in eterno, perché Cristo è la vita eterna.

Propterea quippe, sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei, Dominus noster Jesus Christus corpus et sanguinem suum in eis rebus commendavit, quae ad unum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud in unum ex multis granis confit: aliud in unum ex multis acinis confluit.

18. Denique iam exponit quomodo id fiat quod loquitur, et quid sit manducare corpus ejus, et sanguinem bibere.

Qui manducat carnem meam, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo. Hoc est ergo manducare illam escam, et illum bibere potum, in Christo manere, et illum manentem in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, et in quo non manet Christus, procul dubio nec manducat carnem ejus, nec bibit eius sanguinem,

sed magis tantae rei Sacramentum ad iudicium sibi manducat et bibit, quia immundus praesumpsit ad Christi accedere Sacramenta, quae aliquis non digne sumit, nisi qui mundus est; de quibus dicitur: *Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt.*

19. *Sicut, inquit, misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem; et qui manducat me, et ipse vivet propter me.*

Non ait: Sicut manduco Patrem, et ego vivo propter Patrem; et qui manducat me, et ipse vivet propter me.

Non enim Filius participatione Patris fit melior, qui est natus aequalis; sicut participatio Filii per unitatem corporis ejus et sanguinis, quod illa manducatio potatioque significat, nos efficitur meliores. Vivimus ergo nos propter ipsum, manducantes eum; id est, ipsum accipientes aeternam vitam, quam non habebamus ex nobis: vivit autem ipse propter Patrem, missus ab eo; quia semetipsum exinanivit, factus obediens usque ad mortem crucis.

Si enim secundum id accipimus: *Vivo propter Patrem*, quod alibi ait: *Pater maior me est*; sicut et nos vivimus propter ipsum, qui maior est nobis: hoc ex eo quod missus est, factum est. Missio quippe ejus exinanitio suimetipsius est, et formae servilis acceptio: quod recte intellegitur, servata etiam Filii cum Patre aequalitate naturae. Maior enim est Pater homine filio, sed aequalem habet Deum Filium: cum idem ipse sit et Deus et homo, Dei Filius et hominis filius, unus Christus Iesus. In quam sententiam si recte accipiuntur haec verba, ita dixit:

Sicut me misit vivens Pater, et ego vivo propter Patrem; et qui manducat me, et ipse vivet propter me: ac si diceret: Ut ego vivam propter Patrem, id est, ad illum tanquam maiorem referam vitam meam, exinanitio mea fecit, in qua me misit; ut autem quisque vivat propter me, participatio facit qua manducat me.

Ego itaque humiliatus vivo propter Patrem, ille erectus vivit propter me.

Si autem ita dictum est: *Vivo propter Patrem*, quia ipse de illo, non ille de ipso est; sine detrimento aequalitatis dictum est. Nec tamen dicendo, *et qui manducat me, et ipse vivet propter me*, eadem suam et nostram aequalitatem significavit; sed gratiam mediatoris ostendit.

20. *Hic est panis qui de coelo descendit:* ut illum manducando vivamus, quia aeternam vitam ex nobis habere non possumus.

Non sicut, inquit, manducaverunt patres vestri manna, et mortui sunt: qui manducat hunc panem, vivet in aeternum.

Quod ergo illi mortui sunt, ita vult intellegi, ut non vivant in aeternum. Nam temporaliter et hi profecto morientur, qui Christum manducant: sed vivunt in aeternum, quia Christus est vita aeterna.

TRACTATUS XXVII

Verba quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt (Io 6, 60-71).

Hoc Dominus commendavit in manducatione carnis suae et

¹²³ Gv 6, 56 Vulg.: "... et ego in illo."; Sabaier in nota: "In Cantabrig., vero: [...] in me manet, & ego in eum,".

¹²⁴ Gv 6, 57 Vulg.: "...et ipse vivet propter me."; Sabatier in nota: "Ambros. l- 4. de fide, 542. f. 543. c. f. *Sicut misit me vivus Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse vivit propter me:* & infra, 544. A. 545 b. c. eadem resumens, post *Patrem*, addit, ita & *qui manducat me, ipse vivit propter me*. Hieron. l. 2. contr. Jovin. to. 4. p. 2. col. 222. *Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui comedit me, vivit propter me.*". in italiano adegua il tempo.

¹²⁵ Gil 2, 7-8: "sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens [...] Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis."

¹²⁶ Gv 6, 58.

¹²⁷ Gv 6, 58-59.

¹²⁸ Mi pare che il commento si riferisca a Gn 3, 22: "Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum et malum: nunc ergo ne forte mittat manum suam, et sumat etiam de ligno vitae, et comedat, et vivat in aeternum." / "Ecco, l'uomo è diventato come uno di noi quanto alla conoscenza del bene e del male. Che ora egli non stenda la mano e non prenda anche dell'albero della vita, ne mangi e viva per sempre!".

Signum quia manducavit, et bibit, hoc si manet, et manetur; si habitat, et inhabitatur; sic erit ut non deseratur. Hoc ergo nos docuit, et admonuit mysticis verbis, ut simus in ejus corpore, sub ipso capite in membris ejus, edentes carnem ejus, non relinquentes unitatem ejus. Sed qui aderant, plures non intelligendo scandalizati sunt. Non enim cogitabant haec audiendo, nisi carnem, quod ipsi erant. Apostolus autem dicit, et verum dicit: *Sapere secundum carnem, mors est (Rom. VIII)*¹³². Carnem suam dat nobis Dominus manducare, et sapere tamen secundum carnem, mors est, cum de carne sua dicat, quia ibi est vita aeterna. Ergo nec carnem debemus sapere secundum carnem, sicut in his verbis.

Multi itaque audientes [non ex inimicis, sed] *ex discipulis ejus, dixerunt: Durus est hic sermo, quis potest eum audire?*¹³³ Si discipuli durum habuerunt istum sermonem, quid inimici? Et tamen sic oportebat, ut diceretur, quod non ab hominibus intelligeretur. Secretum Dei, intentos debet facere, non aversos.

Isti autem defecerunt talia loquente Domino Jesu: non crediderunt aliquid magnum dicentem, et verbi illius aliquam gratiam cooperientem; sed prout voluerunt, ita intellexerunt, et more hominum quibus caput non erat Jesus, quasi hoc disponeret Jesus, carnem, qua indutum erat Verbum, velut in frusta concisam distribuere credentibus in se. Durus est, inquiunt, hic sermo, quis potest eum audire?¹³⁴

*Sciens autem Jesus apud semetipsum, quia murmurarent de eo discipuli ejus.*¹³⁵ Sic enim apud se ista dixerunt, ut ab illo non audirentur: sed ille qui eos noverat in seipsis, audiens apud semetipsum respondit, et ait:

*Hoc vos scandalizat.*¹³⁶ Quia dixi: Carnem meam do vobis manducare, et sanguinem meum bibere: hoc vos nempe scandalizat.

*Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius?*¹³⁷ Quid est hoc? hinc solvit quod illos moverat; hinc eruit unde fuerunt scandalizati; hinc plane, si intelligerent: illi enim putaverunt eum erogaturum corpus suum; ille autem se dixit ascensurum, in coelum utique integrum.

Cum videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius, certe vel tunc videbitis quia non eo modo quo putatis erogat corpus. Certe vel tunc intelligetis quia gratia ejus non consumitur morsibus.

In his verbis perspicue intelligitur Christum esse unam personam, dum dixit

Filium hominis esse prius in coelo.

Il segno che [uno] ha mangiato, e bevuto, [è] questo: che [egli] rimane e si rimane, che [egli] abita e si è inabitato¹⁶⁰; così sarà che non si sarà abbandonati. Questo dunque ci ha insegnato e con parole mistiche ci ha esortati ad essere nel suo corpo, nelle sue membra sotto il medesimo capo, a mangiare la sua carne, senza separarci dalla sua unità. Ma dei presenti molti, non comprendendo, si scandalizzarono. Infatti, ascoltando ciò, non pensavano altro che la carne, che essi stessi erano. Ma l'Apostolo dice, e dice il vero: *intendere secondo la carne è morte* (Rm 8, 6). Il Signore ci dà la sua carne da mangiare; e tuttavia intendere secondo la carne è morte, benché il Signore dica della sua carne che lì c'è la vita eterna. Pertanto neppure la carne la dobbiamo intendere secondo la carne, come [si deduce] da queste parole.

Molti [non dei nemici, ma] *dei suoi discepoli, dopo aver ascoltato, dissero: «Questa parola è dura! Chi può ascoltarla?»*. Se i discepoli ritennero dura questa parola, i nemici? E tuttavia così era necessario: che fosse detto ciò che non era comprensibile agli uomini. Il segreto di Dio deve rendere attenti, non avversi. Questi, invece, defezionarono quando il Signore disse tali cose: non crederono che dicesse alcunché di grande, e che, con la sua parola, velasse una qualche grazia; ma come vollero, così compresero, e, come uomini che non avevano Gesù per capo, [ritennero] che Gesù quasi disponesse che la carne, di cui il Verbo era rivestito, fosse distribuita ai credenti in lui come tagliata a pezzi. *Questa parola, dicono, è dura! Chi può ascoltarla?*

Gesù, sapendo dentro di sé che i suoi discepoli mormoravano riguardo a questo. Infatti essi avevano detto ciò tra loro così da non farsi sentire da lui; ma egli, che li conosceva nell'intimo, ascoltandoli dentro di sé, rispose e disse:

Ciò vi scandalizza. Poiché ho detto: Vi do da mangiare la mia carne e da bere il mio sangue; questo, appunto, vi scandalizza.

E se vedeste il Figlio dell'uomo salire là dov'era prima? Che significa questo? così risolve ciò che li aveva turbati; così svelle ciò da cui erano stati scandalizzati; così – certamente - se avessero compreso; essi infatti crederono che egli avrebbe distribuito il suo corpo; egli invece disse che sarebbe salito, in cielo assolutamente intero. Quando *vedrete il Figlio dell'uomo salire là dov'era prima*, di certo, ma allora, vedrete che non distribuirà il corpo nel modo che voi pensate. Di certo, ma allora, capirete che la sua grazia non si consuma a morsi.

In queste parole si comprende in modo perspicuo che Cristo è una sola persona, mentre disse che il Figlio dell'uomo era prima in cielo.

potatione sanguinis eius, ut in illo maneamus, et ipse in nobis. Manemus autem in illo, cum sumus membra eius; manet autem ipse in nobis, cum sumus templum eius. Ut autem simus membra eius, unitas nos compaginat. Ut compagnet unitas, quae facit nisi caritas?

1. Verba Domini ex Evangelio, quae sermonem pristinum consequuntur, audivimus. Hinc sermo debetur auribus et mentibus vestris, et hodierno diei non importunus est: est enim de corpore Domini, quod dicebat se dare ad manducandum propter aeternam vitam. Exposuit autem modum attributionis huius et doni sui, quomodo daret carnem suam manducare, dicens: *Qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in illo.*

Signum quia manducavit et bibit hoc est, si manet et manetur, si habitat et inhabitatur, si haeret ut non deseratur. Hoc ergo nos docuit et admonuit mysticis verbis, ut simus in eius corpore sub ipso capite in membris eius, edentes carnem eius, non relinquentes unitatem eius. Sed qui aderant plures non intelligendo scandalizati sunt: non enim cogitabant haec audiendo, nisi carnem, quod ipsi erant. Apostolus autem dicit, et verum dicit: *Sapere secundum carnem, mors est.* Carnem suam dat nobis Dominus manducare, et *sapere secundum carnem mors est;* cum de carne sua dicat, quia ibi est vita aeterna. Ergo nec carnem debemus sapere secundum carnem, sicut in his verbis.

Secretum Dei intentos debet facere.

2. *Multi itaque audientes;* non ex inimicis, sed *ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo; quis potest eum audire?* Si discipuli durum habuerunt istum sermonem, quid inimici? Et tamen sic oportebat ut diceretur, quod non ab omnibus intellexeretur. Secretum Dei intentos debet facere, non aversos.

Isti autem cito defecerunt, talia loquente Domino Jesu: non crediderunt aliquid magnum dicentem, et verbis illis aliquam gratiam cooperientem; sed prout voluerunt ita intellexerunt, et more hominum, quia poterat Iesus, aut hoc disponebat Iesus, carnem quia indutum erat Verbum, veluti concisam distribuere credentibus in se. *Durus est, inquiunt, hic sermo; quis potest eum audire?*

3. *Sciens autem Iesus apud semetipsum quia murmurarent de eo discipuli eius.* Sic enim apud se ista dixerunt, ut ab illo non audirentur; sed ille qui eos noverat in seipsis, audiens apud semetipsum, respondit, et ait:

Hoc vos scandalizat: quia dixi: Carnem meam do vobis manducare, et sanguinem meum bibere, hoc vos nempe scandalizat.

Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius? Quid est hoc? hinc solvit quod illos moverat? hinc aperuit unde fuerant scandalizati?

Hinc plane, si intellexerent. Illi enim putabant eum erogaturum corpus suum; ille autem dixit se ascensurum in coelum, utique integrum.

Cum videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius; certe vel tunc videbitis quia non eo modo quo putatis, erogat corpus suum; certe vel tunc intellegetis quia gratia eius non consumitur morsibus.

4. Et ait: *Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam.* Hoc antequam exponamus, ut Dominus donat, illud non neglegenter praetereundum est, quod ait: *Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius?* Filius enim hominis Christus, ex virgine Maria. Ergo filius hominis hic coepit esse in terra, ubi carnem assumpsit ex terra. Unde prophetice dictum erat: *Veritas de terra orta est.* Quid sibi ergo vult quod ait: *Cum videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius?* Nulla enim esset quaestio si ita dixisset: *Si videritis Filium Dei ascendentem ubi erat prius?* cum vero Filium hominis dixit ascendentem ubi erat prius, numquid Filius hominis in coelo erat prius,

¹³² Rm 8, 6 Vulg.: “Nam prudentia carnis, mors est: prudentia autem spiritus, vita, et pax.”; Sabatier in nota, oltre ad Agostino: “Tertullianus l. de exhort. cast. p. 943. c. *Sapere secundum carnem, mors est: secundum spiritum vero sapere, vita aeterna fit in Christo Jesu D. nostro.*”. NCEI traduce: “Ora, la carne tende alla morte, mentre lo Spirito tende alla vita e alla pace.”; la traduzione va evidentemente adeguata.

¹³³ Gv 6, 60.

¹³⁴ In realtà, come si è visto, questo periodo è parte di Gv 6, 60; pertanto in italiano lo evidenzio col corsivo.

¹³⁵ Gv 6, 61 Vulg.: “... de hoc discipuli eius”; Sabatier in nota attesta “de eo” solo per Agostino.

¹³⁶ Gv 6, 61.

¹³⁷ Gv 6, 62.

¹⁶⁰ Ho cercato di rispettare lo stile decisamente sintetico del latino, ma è meglio aggiungere un po' di brodo: Il segno che uno ha mangiato, e bevuto, è questo: che Cristo rimane in noi e noi rimaniamo in lui, che Cristo abita e noi inabitiamo in lui. C'è poi da notare che le varianti rispetto alla versione di Agostino mi sembra possano autorizzare ad una interpretazione un poco diversa che, tuttavia, non muta il senso complessivo di quanto sta dicendo: Il segno che ha mangiato, e bevuto, cioè [il pane e il vino]: se rimane, ed è rimanente, se abita, ed è inabitante; così sarà che non verrà abbandonato [chi mangia].

In terra loquebatur, et in coelo se esse dicebat.

Quod quo pertinet, nisi ut intelligamus

unam personam esse Christum Deum et hominem, non duas? ne fides nostra non sit trinitas, sed quaternitas? Christus ergo unus est, Verbum, anima, caro. Unus Christus, Filius Dei, et Filius hominis. Unus Christus, Filius Dei semper, Filius hominis ex tempore; tamen unus Christus secundum unitatem personae in coelo erat, quando in terra loquebatur. Sic erat Filius hominis in coelo, quomodo Filius Dei in terra. Sic Filius Dei in terra suscepta carne, quomodo Filius hominis in coelo, in unitate personae.

Quod mox latius exponit, quid intersit inter spiritum et carnem, et quid inter carnaliter Christum manducare velle, et spiritualiter accipere. Ait enim:

*Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam.*¹³⁸

Paulo ante dixit:

*Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis;*¹³⁹ et modo dicit:

Caro non prodest quidquam,

id est, si carnaliter vultis intelligere quae dico, *caro non prodest quidquam*; si sic carnaliter intelligitis, manducandum sicut alium cibum, sicut carnes quae emuntur in macellis, *Spiritus enim est, qui vivificat.*

Per spiritum prodest caro, quae per se ipsam non prodest; quia littera occidit, *Spiritus autem vivificat* (II Cor. III).¹⁴⁰

Nam per carnem spiritus aliquid pro salute nostra egit:

caro vas fuit quod habebat,

per quam spiritus salvavit nos, utens organo carnis ad salutem humani generis, quia diabolus utebatur serpente, quasi organo, ad subversionem primi parentis nostri (Gen. III).

Spiritus est, qui vivificat, caro autem non prodest quidquam. Sicut illi intellexerunt carnem, non sic ego do ad manducandum meam carnem.

Proinde:

*Verba, inquit, quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt.*¹⁴¹ Diximus enim, fratres, hoc Dominum commendasse in manducatione carnis suae, et potatione sanguinis sui, ut in illo maneamus, et ipse in nobis. Manemus autem in illo, cum sumus membra ejus. Manet autem ipse in nobis, cum sumus templum ejus. Ut autem simus membra ejus, unitas nos compaginat. Ut compaginet unitas, quid facit nisi charitas? Charitas Dei unde? Apostolum interroga. *Charitas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis* (Rom. V).¹⁴² Ergo spiritus est qui vivificat¹⁴³. Spiritus enim facit viva membra. Nec viva membra spiritus facit, nisi quae in corpore quod vegetat ipse spiritus invenit;

Parlava in terra, e diceva di essere in cielo.

Il che a cosa mira, se non a che comprendiamo

che Cristo, Dio e uomo, è una sola persona, non due? Affinché la nostra fede non sia trinità, ma quaternità, Cristo dunque è uno solo: Verbo, anima, carne. Un solo Cristo: Figlio di Dio, e Figlio dell'uomo. Un solo Cristo: Figlio di Dio sempre, Figlio dell'uomo nel tempo; e tuttavia il solo Cristo secondo l'unità della persona era in cielo, quando parlava in terra. Così era Figlio dell'uomo in cielo, come era Figlio di Dio in terra: Così Figlio di Dio in terra, assunta la carne, come Figlio dell'uomo in cielo, nell'unità della persona.

E subito spiega più dettagliatamente, quale sia la differenza tra lo spirito e la carne, e quale la differenza tra voler mangiare Cristo carnalmente e riceverlo spiritualmente. Dice infatti:

È lo Spirito che dà la vita, la carne non giova a nulla.

Poco prima aveva detto:

Se non mangiate la carne del Figlio dell'uomo e non bevete il suo sangue, non avete in voi la vita; e subito dice:

La carne non giova a nulla,

se volete comprendere carnalmente ciò che dico, *la carne non giova a nulla*; se lo comprendete carnalmente così, [è] da mangiare come l'altro cibo, come le carni che si comprano dal macellaio; è lo Spirito infatti che dà la vita.

Grazie allo spirito giova la carne, che da sé non giova, perché *la lettera uccide, lo Spirito invece dà vita* (2Cor 3, 6).

Infatti mediante la carne lo spirito ha operato qualcosa per la nostra salvezza; la carne fu il vaso di cui disponeva,

per suo tramite lo spirito ci ha salvato, servendosi dello strumento della carne per la salvezza del genere umano, perché il diavolo si serviva del serpente, quasi strumento, per la rovina del nostro primo genitore (cfr Gn 3).

È lo Spirito che dà la vita, la carne non giova a nulla. Così come quelli intesero la carne; non così io do da mangiare la mia carne.

Perciò:

Le parole, disse, che io vi ho detto sono spirito e sono vita. Abbiamo infatti detto, o fratelli, che il Signore nel mangiare la sua carne e bere il suo sangue ci raccomanda questo: che dimoriamo in lui e lui in noi. Ma dimoriamo in lui, se siamo sue membra. Ma lui dimora in noi, se siamo il suo tempio. Ma per essere sue membra, l'unità ci compagina. Affinché la unità compagini chi agisce se non la carità? E la carità di Dio da dove [è]? Interroga l'Apostolo. *La carità, dice, di Dio è stata riversata nei nostri cuori per mezzo dello Spirito Santo che ci è stato dato* (Rm 5, 5). *È lo Spirito - dunque - che dà la vita.* Lo spirito, infatti, fa vive le membra. Ma lo spirito non fa vive le membra, se non quelle che trova nel corpo che lo spirito stesso vivifica; infatti lo spirito

quando in terra esse coepit? Hic quidem dixit, *ubi erat prius*, quasi tunc non ibi esset quando haec loquebatur. Alio autem loco ait: *Nemo ascendit in coelum, nisi qui de coelo descendit, Filius hominis, qui est in coelo*; non dixit, erat, sed: *Filius, inquit, hominis qui est in coelo.*

In terra loquebatur, et in coelo se esse dicebat.

Et non ita dixit: *Nemo ascendit in coelum, nisi qui de coelo descendit, Filius Dei, qui est in coelo.*

Quo pertinet, nisi ut intellegamus,

quod etiam pristino sermone commendavi Caritati vestrae,

unam personam esse Christum Deum et hominem, non duas; ne fides nostra non sit Trinitas, sed quaternitas? Christus ergo unus est: Verbum, anima et caro unus Christus: Filius Dei et filius hominis unus Christus. Filius Dei semper, filius hominis ex tempore; tamen unus Christus secundum unitatem personae. In coelo erat, quando in terra loquebatur. Sic erat filius hominis in coelo, quomodo Filius Dei erat in terra; Filius Dei in terra in suscepta carne, filius hominis in coelo in unitate personae.

5. Quid est ergo quod adiungit:

Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam?

Dicamus ei (patitur enim nos non contradicentes, sed nosse cupientes): O Domine, magister bone, quomodo *caro non prodest quidquam*, cum tu dixeris:

Nisi quis manducaverit carnem meam, et biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam?

An vita non prodest quidquam? et propter quid sumus quod sumus, nisi ut habeamus vitam aeternam, quam tua carne promittis? quid est ergo, *non prodest quidquam caro?*

Non prodest quidquam, sed quomodo illi intellexerunt: *carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadavere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo spiritu vegetatur.* Proinde sic dictum est: *Caro non prodest quidquam*; quomodo dictum est: *Scientia inflat*. Iam ergo debemus odisse scientiam? Absit. Et quid est: *Scientia inflat*? Sola, sine caritate: ideo adiunxit: *Caritas vero aedificat*. Adde ergo scientiae caritatem, et utilis erit scientia; non per se, sed per caritatem. Sic etiam nunc, *caro non prodest quidquam*, sed sola caro: *accedat spiritus ad carnem*, quomodo accedit caritas ad scientiam, et prodest plurimum. Nam si caro nihil prodesset, Verbum caro non fieret, ut inhabitaret in nobis. Si per carnem nobis multum profuit Christus, quomodo caro nihil prodest?

Sed per carnem Spiritus aliquid pro salute nostra egit.

Caro vas fuit; quod habebat

attende, non quod erat. Apostoli missi sunt; numquid caro ipsorum nihil nobis profuit? Si caro Apostolorum nobis profuit, caro Domini potuit nihil prodesset? Unde enim ad nos sonus verbi, nisi per vocem carnis? unde stilus, unde conscriptio? Ista omnia opera carnis sunt, sed agitante spiritu tamquam organum suum.

Spiritus ergo est qui vivificat, caro autem non prodest quidquam: sicut illi intellexerunt carnem, non sic ego do ad manducandum carnem meam.

Haec dicuntur ut amemus unitatem.

6. Proinde:

Verba, inquit, quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita est. Diximus enim, fratres, hoc Dominum commendasse in manducatione carnis suae et potatione sanguinis sui, ut in illo maneamus, et ipse in nobis. Manemus autem in illo, cum sumus membra eius: manet autem ipse in nobis, cum sumus templum eius. Ut autem simus membra eius, unitas nos compaginat. Ut compaginet unitas, quae facit nisi caritas? **Et caritas Dei unde?** Apostolum interroga: *Caritas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* Ergo *Spiritus est qui vivificat*: spiritus enim facit viva membra. Nec viva membra spiritus facit, nisi quae in corpore quod vegetat ipse spiritus, invenerit.

¹³⁸ Gv 6, 63.

¹³⁹ Gv 6, 53. NCEI traduce: "...non avete in voi la vita."; per mere esigenze redazionali pospongo "in voi".

¹⁴⁰ 2Cor 3, 6 Vulg.: "littera enim occidit, Spiritus autem vivificat."; pertanto in italiano evidenzio col corsivo anche la prima parte.

¹⁴¹ Gv 6, 63.

¹⁴² Rm 5, 5; NCEI traduce: "l'amore di Dio ...". Nella traduzione mantengo "carità" per rendere comprensibile la citazione nel contesto del commento.

¹⁴³ Si tratta dell'ennesima ripresa di questa citazione; pertanto la evidenzio col corsivo.

nam spiritus qui est in te, o homo, quo constas ut homo sis, nunquid vivificat membrum quod separatum invenerit a carne tua? Spiritum tuum dico animam tuam. Anima tua non vivificat nisi membra quae sunt in carne tua. Unum si tollas, jam ex anima tua non vivificatur, quia unitati corporis tui non copulatur. Haec dicuntur ut amemus unitatem, et timeamus separationem. Nihil enim sic debet formidare Christianus, quam separari a corpore Christi. Si enim separatur a corpore Christi, non est membrum ejus: si non est membrum ejus, non vegetatur spiritu ejus. Quisquis autem, Apostolus inquit, spiritum Christi non habet, hic non est ejus.¹⁴⁴ Spiritus ergo est qui vivificat, caro non prodest quidquam. Verba quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt. Quid est, spiritus et vita sunt? spiritualiter intelligenda sunt. Intellexistis spiritualiter? Spiritus et vita sunt. Intellexistis carnaliter? Etiam sic illa spiritus et vita sunt, sed tibi non sunt, o homo! qui spiritualiter ea non intelligis, nec fide ea venerari nosti. Sunt enim quidam in vobis qui non credunt.¹⁴⁵

Et ideo non intelligunt, quia non credunt. Propheta enim dixit, *Nisi credideritis, non intelligetis* (Isaiae VI)¹⁴⁶. Per fidem copulamur, per intellectum vivificamur. Prius credimus per fidem, ut sic post vivificemur per intellectum.

Sciebat enim ab initio Jesus qui essent credentes, et quis traditurus esset eum.¹⁴⁷ Nam et ibi Judas erat inter eos qui scandalizati sunt,

quem Christus nec siluit, nec aperte ostendit, ut omnes timerent, quamvis unus periret. Sed posteaquam dixit et distinxit credentes a non credentibus, expressit causam quam non credebant. Propterea dixi vobis, inquit, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo.¹⁴⁸ Datur enim a Patre credentibus fides, ut nemo gloriatur in fide sua, quae a se non est quasi propria, sed a Deo data, quasi gratia. Ex hoc multi discipuli ejus abierunt retro, et jam non cum illo ambulabant.¹⁴⁹ Abierunt retro, non post Christum, sed post Satanam.

Isti autem sic redierunt retro, quomodo

praecisi a corpore Christi, nec ultra redeuntes ad eum, quia forte fideliter in corpore ejus non fuerunt: et hi

non pauci, sed multi. Videamus ergo quid

che è in te, o uomo, dal quale dipende che tu sia uomo, vivifica forse un membro che abbia trovato separato dalla tua carne? Dico “tuo spirito” la tua anima. La tua anima non vivifica se non le membra che sono nella tua carne. Se ne togli uno solo, non è più vivificato dalla tua anima, perché non è più congiunto all’unità del tuo corpo. Queste cose sono dette affinché amiamo l’unità, e temiamo la separazione. Niente infatti deve temere il Cristiano, più dell’essere separato dal corpo di Cristo. Chi infatti si separa dal corpo di Cristo, non è suo membro; se non è suo membro, non è vivificato dal suo Spirito. *Se qualcuno*, dice l’Apostolo, *non ha lo Spirito di Cristo, non gli appartiene. È lo Spirito*, dunque, *che dà la vita, la carne non giova a nulla. Le parole che io vi ho detto sono spirito e sono vita*. Che significa, *sono spirito e vita?* vanno intese spiritualmente. Le hai intese spiritualmente? *Sono spirito e vita*. Le hai intese carnalmente? Anche così *sono spirito e vita*, ma non lo sono per te, o uomo! che non le comprendi spiritualmente, né le sai venerare con fede. Tra voi infatti vi sono alcuni che non credono.

E perciò non capiscono: perché non credono. Il profeta infatti disse: *Se non crederete, non capirete* (Is 7, 9). Per mezzo della fede siamo congiunti, per mezzo dell’intelletto siamo vivificati. Prima crediamo per fede, così da essere poi vivificati per mezzo dell’intelletto.

Gesù infatti sapeva fin da principio chi erano quelli che credevano e chi era colui che lo avrebbe tradito. Infatti anche lì Giuda era fra coloro che si scandalizzarono,

[e] Cristo né lo tacque, né lo mostrò apertamente, affinché tutti temessero, sebbene uno solo si sarebbe perduto. Ma dopo che ebbe detto e distinto i credenti dai non credenti, spiegò il motivo per cui non credevano. Per questo vi ho detto, disse, che nessuno può venire a me, se non gli è concesso dal Padre [mio]. Ai credenti infatti la fede è data dal Padre, affinché nessuno si glori della sua fede, che non è per lui come proprietà, ma è data da Dio, come grazia. Da quel momento molti [...] suoi discepoli tornarono indietro e non andavano più con lui. Tornarono indietro, non dietro a Cristo, ma dietro a Satana.

Ma questi si tirarono indietro così, come

staccati dal corpo di Cristo, e senza tornare più a lui, perché forse non furono fedelmente nel suo corpo; ed essi

non [erano] pochi, ma molti. Vediamo dunque cosa

Nam spiritus qui est in te, o homo, quo constas ut homo sis, numquid vivificat membrum quod separatum invenerit a carne tua? Spiritum tuum dico animam tuam: anima tua non vivificat nisi membra quae sunt in carne tua; unum si tollas, iam non vivificatur ex anima tua, quia unitati corporis tui non copulatur. Haec dicuntur ut amemus unitatem, et timeamus separationem. Nihil enim sic debet formidare christianus, quam separari a corpore Christi. Si enim separatur a corpore Christi, non est membrum eius; si non est membrum eius, non vegetatur Spiritu eius: Quisquis autem, inquit Apostolus: Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Spiritus ergo est qui vivificat, caro autem non prodest quidquam. Verba quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt. Quid est, spiritus et vita sunt? Spiritualiter intellegenda sunt. Intellexistis spiritualiter? spiritus et vita sunt. Intellexistis carnaliter? etiam sic illa spiritus et vita sunt, sed tibi non sunt.

Per fidem copulamur, per intellectum vivificamur.

7. Sed sunt quidam, inquit, in vobis qui non credunt.

Non dixit: Sunt quidam in vobis qui non intellegunt; sed causam dixit, quare non intellegant. Sunt enim quidam in vobis qui non credunt; et ideo non intellegunt, quia non credunt. Propheta enim dixit: *Nisi credideritis, non intellegetis*. Per fidem copulamur, per intellectum vivificamur. Prius haereamus per fidem, ut sit quod vivificetur per intellectum.

Nam qui non haeret, resistit; qui resistit, non credit. Nam qui resistit, quomodo vivificatur? Adversarius est radio lucis, quo penetrandus est: non avertit aciem, sed claudit mentem. Sunt ergo quidam qui non credunt. Credant et aperiant, aperiant et illuminabuntur. Sciebat enim ab initio Jesus qui essent credentes, et quis traditurus esset eum. Ibi enim erat et Iudas. Nam quidam scandalizati sunt: ille autem mansit ad insidiandum, non ad intellegendum. Et quia ideo manserat, non de illo tacuit Dominus. Non illum expressit, sed nec siluit;

ut omnes timerent, quamvis unus periret. Sed posteaquam dixit et distinxit credentes a non credentibus, expressit causam quare non credant:

Propterea dixi vobis, inquit, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo.

Ergo et credere datur nobis: non enim nihil est credere. Si autem magnum aliquid est, gaude quia credidisti, sed noli extolli: quid enim habes quod non accepisti?

8. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, et iam non cum illo ambulaverunt. Abierunt retro, sed post satanam, non post Christum.

Nam aliquando Dominus Christus Petrum appellavit satanam, magis quia volebat praecedere Dominum suum, et consilium dare ne moreretur ille, qui venerat ut moreretur, ne nos in aeternum moreremur; et ait illi: *Redi post me, satanas; non enim sapis quae Dei sunt, sed quae hominis sunt*. Non illum repulit retro ire post satanam, et appellavit satanam; sed fecit post se ire, ut non esset satanas ambulando post Dominum.

Isti autem sic redierunt retro, quomodo de quibusdam feminis dicit Apostolus: *Quaedam enim conversae sunt retro post satanam*. Uterius cum illo non ambulaverunt. Ecce

praecisi a corpore vitam perdiderunt,

quia forte in corpore nec fuerunt.

Inter non credentes et ipsi deputandi sunt, quamvis discipuli dicerentur. Abierunt retro, non pauci, sed multi.

Hoc forte factum est ad consolationem, quoniam aliquando contingit ut dicat homo verum, et quod dicit, non capiatur, atque illi qui audiunt, scandalizentur et discedant. Poenitet autem hominem dixisse quod verum est: dicit enim apud se homo: Non debui

¹⁴⁴ È citazione di Rm 8, 9 Vulg.: “Siquis autem Spiritum Christi non habet: hic non est eius.”; Sabatier in nota cita il solo Agostino per “quisquis”. In italiano evidenzio col corsivo.

¹⁴⁵ Gv 6, 64 Vulg.: “Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt.”. Il contesto del commento richiede che anche in italiano venga sostituito l’avversativo.

¹⁴⁶ In realtà Is 7, 9 Vulg.: “Si non credideritis, non permanebitis.”; VL: “Et si non credideritis, neque intelligetis.”.

¹⁴⁷ Gv 6, 64 Vulg.: “Sciebat enim ab initio Jesus qui essent non credentes, ...”. Sabatier in nota: “Fossat. Maj. Mon. & S. Mart. Sciebat ab initio Jesus qui essent credentes, & quis traditurus”. L’italiano viene adeguato.

¹⁴⁸ Gv 6, 65.

¹⁴⁹ Gv 6, 66 Vulg.: “Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, et iam non cum illo ambulabant.”. In italiano adeguo il genitivo.

ad paucos dixerit qui remanserunt.

Dixit ergo Jesus ad duodecim:

*Numquid et vos vultis abire?*¹⁵⁰ Non discessit nec Judas: sed quare manebat, Domino iam apparebat, postea manifestatum est. Respondit Petrus pro omnibus, unus pro multis, unitas pro universis.

*Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus?*¹⁵¹ Repellis nos a te: da nobis alterum te. *Ad quem ibimus, si a te recedimus? Ad quem ibimus?*

*Verba vitae aeternae habes.*¹⁵² Videte quemadmodum Petrus dante Domino, recreante Spiritu sancto intellexit; unde? nisi quia credidit verba vitae aeternae. Vitam enim aeternam habes in ministracione corporis et sanguinis tui, et nos

non cognovimus et credimus, sed credimus et cognovimus¹⁵³. Credidimus enim, ut cognosceremus. Nam si prius cognoscere, et deinde credere vellemus, nec cognoscere nec credere valeremus. Quid credimus, et quid cognovimus?

*Quia tu es Christus Filius Dei.*¹⁵⁴ Id est, quia ipsa vita aeterna es, et non das in carne et sanguine tuo, nisi quod es.

Respondit Jesus,

Nonne ego vos duodecim elegi? et unus ex vobis diabolus est.

*Dicebat autem de Juda Simonis Iscariota: hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.*¹⁵⁵ Unus ex duodecim erat, non fide, sed numero; non veritate, sed simulatione. Sed quomodo intelligendum est, *Nonne ego vos duodecim elegi, dum ille unus filius diaboli dicitur esse? nisi quia aliter electi sunt illi undecim, et aliter ille unus.* Electi sunt illi ut manerent in Christo, et ut sonus illorum exiret per orbem terrarum (*Psal. XVIII*)¹⁵⁶.

Electus est ille unus, ut dispensatio divinae misericordiae in salute humani generis impleretur per eum:

unde bonitas Dei bene utebatur malitia illius: sicut in venditione Joseph

bene usus est Deus

malitia fratrum (*Gen. XXXVII*)¹⁵⁷, ut ex opere malo illorum bonitas Dei ostenderetur in salute multorum.

Sic malum Judae in bonum versum est

disse ai pochi che erano rimasti.

Disse allora Gesù ai Dodici:

Volete andarvene anche voi? Non se ne andò neppure Giuda; ma perché rimanesse, era già chiaro al Signore, poi fu reso manifesto. Pietro rispose per tutti, uno solo per molti, l'unità per il tutto¹⁶¹.

Gli rispose Simon Pietro: Signore, da chi andremo? Ci scacci da te, dacci un altro te. *Da chi andremo, se ci allontaniamo da te? Da chi andremo?*

Tu hai parole di vita eterna. Vedete come Pietro, per dono di Dio, per rigenerazione dello Spirito Santo, ha capito; come mai? Se non perché ha creduto le *parole di vita eterna*. Hai infatti la vita eterna nell'offerta del tuo corpo e sangue, e noi

non abbiamo conosciuto e creduto, ma *abbiamo creduto e conosciuto*. Abbiamo creduto infatti per conoscere. Infatti, se avessimo voluto prima conoscere e poi credere, non saremmo riusciti né a conoscere né a credere. Cosa abbiamo creduto e cosa abbiamo conosciuto?

Che tu sei il Cristo Figlio di Dio, cioè che tu sei la stessa vita eterna, e nella carne e nel sangue non dai se non ciò che sei.

Gesù riprese:

«Non sono forse io che ho scelto voi, i Dodici? Eppure uno di voi è un diavolo!».

Parlava di Giuda, figlio di Simone Iscariota: costui infatti stava per tradirlo, ed era uno dei Dodici. Era uno dei dodici, non per fede, ma per numero; non nella verità, ma nella simulazione. Ma come è da intendere, *Non sono forse io che ho scelto voi, i Dodici,* mentre quello solo è detto essere figlio del diavolo? Se non che altro sono quegli undici eletti, e altro quello solo. Quelli sono eletti per dimorare in Cristo, e perché il loro annuncio si diffondesse per l'orbe terrestre (cfr Sal 18, 5). Quello, solo, è eletto perché l'economia della misericordia divina per la salvezza del genere umano fosse compiuta per mezzo suo:

per cui la bontà di Dio correttamente si serviva della malizia di quello; così come nella vendita di Giuseppe

correttamente Dio si è servito

della malvagità dei fratelli (cfr Gn 37, 11ss), così che dal loro cattivo operato la bontà di Dio fosse manifestata per la salvezza di molti.

Così il delitto di Giuda fu convertito in bene

sic dicere, non hoc dicere debui. Ecce Domino contigit; dixit, et perdidit multos, remansit ad paucos. Sed non turbabatur ipse, quia ab initio noverat et qui credentes essent, et qui non credentes: nos si nobis contingat, perturbamur. Solatium in Domino inveniamus, et tamen caute verba dicamus.

Respondit Petrus, unus pro multis, unitas pro universis.

9. Atque ille

ad paucos qui remanserant:

Dixit ergo Iesus duodecim;

id est illis duodecim qui remanserunt:

Numquid et vos, inquit, vultis ire? Non discessit nec Judas. Sed quare manebat, Domino iam apparebat; nobis postea manifestatus est. Respondit Petrus pro omnibus, unus pro multis, unitas pro universis:

Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? Repellis nos a te, da nobis alterum te. *Ad quem ibimus?* Si a te recedimus, ad quem ibimus?

Verba vitae aeternae habes. Videte quemadmodum Petrus, dante Deo, recreante Spiritu sancto, intellexit. Unde, nisi quia credidit? *Verba vitae aeternae habes.* Vitam enim aeternam habes in ministracione corporis et sanguinis tui. *Et nos credidimus, et cognovimus.*

Non cognovimus, et credidimus, sed *credidimus, et cognovimus.* Credidimus enim ut cognosceremus: nam si prius cognoscere, et deinde credere vellemus, nec cognoscere nec credere valeremus. Quid credidimus, et quid cognovimus?

Quia tu es Christus Filius Dei; id est, quia ipsa vita aeterna tu es, et non das in carne et sanguine tuo nisi quod es.

10. Ait ergo Dominus Iesus:

Nonne ego vos duodecim elegi, et unus ex vobis diabolus est?

Ergo: *Undecim elegi* diceret: an eligitur et diabolus, et in electis est diabolus? Electi in laude solent dici: an electus est et iste, de quo nolente et nesciente magnum aliquid boni fieret? Hoc est proprium Dei; contrarium iniquis. Sicut enim iniqui male utuntur bonis operibus Dei; sic contra Deus bene utitur malis operibus hominum iniquorum. Quam bonum est membra corporis ita esse, quemadmodum disponi non possunt nisi ab artifice Deo! Petulantia tamen quam male utitur oculis? Fallacia quam male utitur lingua? Falsus testis nonne lingua sua et animam suam prius trucidat, et alterum laedere se perempto conatur? Male utitur lingua, nec ideo malum est lingua: opus Dei est lingua, sed bono opere Dei male utitur illa nequitia. Quomodo utuntur pedibus qui currunt ad scelera? quomodo utuntur manibus homicidae? et illis adiacentibus forinsecus bonis creaturis Dei quam male utuntur mali? Auro iudicia corrumpunt, innocentes opprimunt. Luce ista mali male utuntur: male vivendo enim etiam ipsam lucem qua vident, ad ministerium scelerum suorum usurpant. Iens enim ut faciat aliquid mali malus, lucere sibi vult ne offendat, qui iam intus offendit et cecidit: quod timet in corpore, iam incurrit in corde. Omnibus ergo bonis Dei, ne per singula currere longum sit, male utitur malus: contra, malis hominum malorum bene utitur bonus. Et quid tam bonum quam unus Deus? Quandoquidem ipse Dominus dixit: *Nemo bonus nisi unus Deus.* Quanto ergo ille melior, tanto melius utitur et malis nostris. Quid Iuda peius? Inter omnes adhaerentes Magistro, inter duodecim, loculi illi commissi sunt, et dispensatio pauperum distributa: ingratus tanto beneficio, honori tanto, accepit pecuniam, perdidit iustitiam: tradidit vitam mortuus; quem ut discipulus secutus, ut inimicus persecutus est. Totum hoc malum Iudae; sed malo eius

bene usus est Dominus.

Tradi se pertulit ut redimeret nos.

Ecce malum Iudae in bonum conversum est.

¹⁵⁰ Gv 6, 67.

¹⁵¹ Gv 6, 68.

¹⁵² Gv 6, 68.

¹⁵³ Si tratta di citazione di Gv 6, 69; pertanto in italiano viene evidenziato col corsivo.

¹⁵⁴ Gv 6, 69. NCEI traduce: “che tu sei il Santo di Dio.”, secondo VulgN; in italiano viene adeguato a Vulg.

¹⁵⁵ Gv 6, 70-71 Vulg.: “Respondit eis Iesus: Nonne ego vos duodecim elegi: et unus ex vobis diabolus est? Dicebat autem Judam Simonis Iscariotem: hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.”; VL: “Dicebat autem de Juda Simonis Scariothe: hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.”.

¹⁵⁶ Sal 18, 5 Vulg.: “In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum.”.

¹⁵⁷ Cfr GN 37, 11ss, in particolare 28; ma nell'economia del commento è essenziale Gn 45, 4-15: la lettura che Giuseppe fa della sua vicenda.

¹⁶¹ Ho ritenuto di rendere così “universis”, perché in italiano non c'è un esatto corrispondente; tuttavia si perde il gioco linguistico “unitas / universis”.

nostrum.

Quod facit malus male utendo bonis Dei, sibi nocet, non bonitatem Dei

destruere poterit.

Quare duodecim elegit Christus? Duodenarius

numerus sacratus est. Non enim quia periit inde unus, ideo illius numeri honor adeptus est; nam in locum pereuntis alius subrogatus est,¹⁵⁸ mansitque numerus consecratus, numerus duodenarius: quia per universum orbem, hoc est per quatuor cardines mundi Trinitatem fuerant annuntiaturi. Ideo quaterni electi sunt, ut sancta Trinitas per quatuor partes orbis praedicaretur. Nam et annus duodenario numero currit, et ordo signorum in coelis, per quae sol et luna currere noscuntur, duodenario numero distinguuntur. Ideo hoc numero primos praedicatores Christus direxit in mundum.

Nec numerus Juda pereunte violatus est, sed alius ejus loco subrogatur.

De cujus numeri sacratissima significatione ipse Christus in Evangelio ait, de excelsissima sanctorum gloria: *Cum autem sederit Filius hominis in sede majestatis suae, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel (Matth. XIX)¹⁵⁹.*

per noi.

Ciò che un malvagio compie usando male dei beni di Dio, nuoce a lui, la bontà di Dio non potrà distruggerla.

Perché Cristo ne ha eletti dodici? il dodici

è numero sacro. Infatti perché se ne perdette uno, non per questo fu tolto l'onore di quel numero; infatti al posto di quello che si perdette ne subentrò un altro, e rimase il numero sacro, il numero dodici: perché nell'universo mondo, cioè ai quattro angoli del mondo fossero annunciatori della Trinità. Pertanto furono elette quaterne, così che la santa Trinità fosse predicata nelle quattro parti dell'orbe. Infatti l'anno scorre col numero dodici, e l'ordine dei segni nei cieli, grazie al quale il sole e la luna sanno correre, vengono suddivisi in numero di dodici. Pertanto in questo numero Cristo indirizzò al mondo i primi predicatori.

Né il numero fu violato col venir meno di Giuda, ma un altro subentrò al suo posto. Del significato assolutamente sacro di questo numero lo stesso Cristo dice nel Vangelo, a proposito della più che eccelsa gloria dei santi: *quando il Figlio dell'uomo sarà seduto sul trono della sua gloria, [...] siederete anche voi su dodici troni a giudicare le dodici tribù d'Israele. (Mt 19, 28).*

Satanas quantos martyres persecutus est? Si satanas persequendo cessaret, hodie tam gloriosam coronam sancti Laurentii non celebraremus. Si ergo ipsius diaboli malis operibus bene utitur Deus:

quod facit malus, male utendo, sibi nocet; non bonitati Dei

contradicit. Artifex illo utitur; et magnus artifex, si illo uti non nosset, nec eum esse permetteret. Ergo *unus ex vobis diabolus est*, ait, cum ego vos duodecim elegerim. Potest et sic intellegi quod ait, *duodecim elegi*, quia

sacratus est numerus. Non enim quia periit inde unus, ideo illius numeri honor demptus est: nam in locum pereuntis, alius subrogatus est. Mansit numerus consecratus, numerus duodenarius; quia per universum mundum, hoc est per quatuor cardines mundi, Trinitatem fuerant annuntiaturi. Ideo ter quaterni.

Se ergo exterminavit Iudas, non duodenarium numerum violavit: ipse deseruit praeceptorem, nam Deus illi apposuit successorem.

Usque ad spiritus participationem manducemus et bibamus.

11. Hoc totum quod Dominus de carne et de sanguine suo locutus est, et quod in eius distributionis gratia vitam nobis promisit aeternam, et quod hinc voluit intellegi manducatores et potatores carnis et sanguinis sui, ut in illo maneant et ipse in illis, et quod non intellexerunt qui non crediderunt, et quod spiritalia carnaliter sapiendo scandalizati sunt, et quod eis scandalizatis et pereuntibus, consolationi Dominus adfuit discipulis qui remanserant, ad quos probandos interrogavit: *Numquid et vos vultis ire?* ut responsio permansionis eorum innotesceret nobis; nam ille noverat quia manebant: hoc ergo totum ad hoc nobis valeat, dilectissimi, ut carnem Christi et sanguinem Christi non edamus tantum in Sacramento, quod et multi mali; sed usque ad spiritus participationem manducemus et bibamus, ut in Domini corpore tamquam membra maneamus, ut eius spiritu vegetemur, et non scandalizemur, etiam si multi modo nobiscum manducant et bibunt temporaliter Sacramenta, qui habebunt in fine aeterna tormenta. Modo enim corpus Christi mixtum est tamquam in area: sed *novit Dominus qui sunt eius*. Si tu nosti quid trituras, quia ibi est latens massa, nec consumit trituratio quod purgatura est ventilatio; certi sumus, fratres, quia omnes qui sumus in corpore Domini, et manemus in illo, ut et ipse maneat in nobis, in hoc saeculo necesse habemus usque in finem inter malos vivere. Non inter illos dico malos, qui blasphemant Christum: rari enim iam inveniuntur qui lingua blasphemant, sed multi qui vita. Necesse est ergo ut inter illos usque in finem vivamus.

12. Sed quid est quod ait: *Qui manet in me, et ego in illo?* Quid, nisi quod martyres audiebant: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit?* Quomodo mansit in illo sanctus Laurentius, cuius hodie festa celebramus? Mansit usque ad tentationem, mansit usque ad tyrannicam interrogationem, mansit usque ad acerrimam comminationem, mansit usque ad peremptionem: parum est, usque ad immanem excruciationem mansit. Non enim occisus est cito, sed cruciatus est in igne: diu vivere permissus est; imo non diu vivere permissus est, sed tarde mori compulsus est. In illa ergo longa morte, in illis tormentis, quia bene manducaverat et bene biberat, tamquam illa esca saginatus et illo calice ebrius, tormenta non sensit. Ibi enim erat qui dixit: *Spiritus est qui vivificat*. Caro enim ardebat, sed spiritus animam vegetabat. Non cessit, et in regnum successit. Dixerat autem illi Xystus martyr sanctus, cuius diem quinto ab hinc retro die celebravimus: "Noli moerere, fili". Episcopus enim erat ille, iste diaconus. "Noli moerere inquit; sequeris me post triduum". Triduum autem dixit medium inter diem passionis sancti Xysti, et diem hodiernae passionis sancti Laurentii. Triduum est medium. O consolatio! non ait: Noli moerere, fili; desinet persecutio, et securus eris: sed: Noli moerere; quo ego praecedo, tu sequeris; nec consecutio tua differtur: triduum medium erit, et mecum eris. Accepit oraculum, vicit diabolus, pervenit ad triumphum.

¹⁵⁸ cfr At 1, 26.

¹⁵⁹ Mt 19, 28 Vulg.: "cum sederit Filius hominis in sede majestatis suae, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel." NCEI aggiunge l'inciso: " , alla rigenerazione del mondo," secondo VulgN.

duos pisces, qui saporem suavem pani dabant, duas illi personas significare, quibus populus ille regebatur, ut per eas consiliorum moderamen acciperet, regiam scilicet et sacerdotalem, ad quas etiam sacrosancta illa unctio pertinebat: quarum officium erat procellis et fluctibus popularibus nunquam frangi atque corrumpi, et violentas turbarum contradictiones tanquam adversantes undas saepe dirumpere, interdum eis, custodita sua integritate, cedere: prorsus more piscium tanquam in procelloso mari, sic in turbulenta populi administratione versari: quae tamen duae personae Dominum nostrum praefigurabant. Ambas enim solus ille sustinuit, et non figurate, sed proprie solus implevit.

che i due pesci, che davano un soave sapore al pane, significano quelle due persone per mezzo delle quali il popolo era retto, così che, per loro tramite, ricevesse il governo delle assemblee, ossia la [persona] regia e la sacerdotale, alle quali competeva anche la sacrosanta unzione. Il loro ufficio era di non essere mai spezzati e corrotti dalle tempeste e dai flutti popolari, e infrangere spesso le violente contraddizioni delle turbe come le onde che si abbattono, talvolta cedere loro, [ma avendo] custodita la propria integrità: come è appunto costume dei pesci in un mare in tempesta, così dedicarsi alla turbolenta amministrazione del popolo. Tuttavia queste due persone prefiguravano nostro Signore. Entrambe infatti egli le rese da solo, e non in modo figurato, ma realmente le portò a compimento.

| QUAESTIO 61. - De eo quod scriptum est in Evangelio, turbas Dominum in monte pavisse de panibus quinque

1. Quinque panes hordeacei, quibus in monte Dominus turbas pavit, significant veterem legem, sive quia nondum spiritalibus, sed adhuc carnalibus data est, id est, quinque corporis sensibus deditis, nam et ipsae turbae quinque milia hominum fuerunt, sive quia per Moysen lex ipsa data est; Moyses enim quinque libros scripsit. Et quod hordeacei erant panes, bene significant vel ipsam legem, quae ita data erat, ut in ea vitale animae alimentum corporalibus sacramentis obtegeretur; hordei enim medulla tenacissima palea tegitur, vel ipsum populum nondum expoliatum carnali desiderio, quod tamquam palea cordi eius inhaerebat, id est, nondum corde circumcisum, ita ut nec tritura tribulationum, cum per deserta quadraginta annis duceretur, intellectu revelato carnalia integumenta deponeret, sicut neque hordeum areae tritura illo paleari tegmine exiit. Itaque illi populo congruenter lex talis data est.

2. Duo autem pisces, qui saporem suavem pani dabant, duas illas personas videntur significare, quibus populus ille regebatur, ut per eas consiliorum moderamen acciperet, regiam scilicet et sacerdotalem, ad quas etiam sacrosancta illa unctio pertinebat. Quarum officium erat procellis ac fluctibus popularibus nunquam frangi atque corrumpi,

et violentas turbarum contradictiones tanquam adversantes undas saepe dirumpere, interdum eis custodita sua integritate cedere, prorsus more piscium tanquam in procelloso mari, sic in turbulenta populi administratione versari. Quae tamen duae personae Dominum nostrum praefigurabant; ambas enim solus ille sustinuit, et non figurate, sed proprie solus implevit.

Nam et rex noster est Iesus Christus, qui nobis pugnandi et vincendi demonstravit exemplum, in carne mortali peccata nostra suscipiens, tentationibus inimici neque illecebrosis neque terribilibus cedens, postremo exuens se carnem, principatus et potestates expolians fiducialiter et triumphans eas in semet ipso. Itaque ipso duce ab oneribus et laboribus huius peregrinationis nostrae tanquam ab Aegypto liberamur, et persequentia nos peccata sacramento baptismatis nobis evadentibus obruuntur; et quamdiu in spe sumus eius promissionis quam nondum videmus, tanquam per deserta ducimur consolante nos in Sanctis Scripturis verbo Dei sicut illos manna de caelo. Eodem ipso duce in Ierusalem caelestem tanquam in terram promissionis introduci nos posse praesumimus, et in aeternum ibi regnante ipso et custodiente servari. Ita Dominus noster Iesus Christus rex noster ostenditur. Ipse est etiam sacerdos noster in aeternum secundum ordinem Melchisedech, qui se ipsum obtulit holocaustum pro peccatis nostris, et eius sacrificii similitudinem celebrandam in suae passionis memoriam commendavit, ut illud quod Melchisedech obtulit Deo iam per orbem terrarum in Christi Ecclesia videamus offerri. Ergo quoniam rex noster peccata nostra suscepit, ut nobis pugnandi et vincendi demonstraret exemplum, eorundem peccatorum susceptionem regiamque personam Mattheus evangelista significans, generationem eius quae est secundum carnem ab Abraham suscipiens, qui pater est populi fidelis, et successionem prolis deorsum versus enumerans pervenit ad David, in quo regni stabilimentum manifestissimum apparet, atque inde per Salomonem, natum de illa in qua pater eius peccaverat, stirpem regiam prosecutus usque ad Domini generationem perducit. Lucas vero alius evangelista, quoniam et ipse generationem Domini quae secundum carnem est, sed in sacerdotali persona explicandam suscepit, ad quam personam pertinet mundatio et abolitio peccatorum, non a principio libri sicut Matthaueus, sed ab illo loco ubi baptizatus est Iesus, ubi peccatorum nostrorum mundationem praefiguravit, incipit parentum eius originem gradatim prosequi, neque deorsum versus sicut ille qui eum ad susceptionem peccatorum tanquam descendentem ostendebat, sed sursum versus tanquam is qui eum post abolitionem peccatorum tanquam ascendentem insinuabat, nec eos parentes, quos ille nominans. Alia enim erat origo sacerdotalis, quae per unum ex filiis David, sicuti assolet, de tribu sacerdotali matrimonium sortientem effecerat, ut Maria de utraque tribu, id est, de regia et de sacerdotali, cognationem duceret. Nam et quando censiti sunt Ioseph et Maria, scriptum est eos fuisse de domo, id est, de genere David. Et Elisabeth, quae nihilo minus cognata Mariae scribitur, erat de tribu sacerdotali. Sicut autem Matthaueus, qui tanquam descendentem ad suscipienda peccata nostra regem Christum insinuat, per Salomonem a David descendit, quia Salomon de illa in qua David peccaverat natus est, ita Lucas, qui tanquam ascendentem post abolitionem peccatorum sacerdotem

Christum insinuat, per Nathan ascendit ad David quia Nathan propheta missus erat, cuius correptione David ipsius peccati abolitionem poenitendo impetravit. Itaque posteaquam transiit Lucas personam David non dissonat a Matthaeo in nominibus generationum. Nam eos nominat ascendens a David usque ad Abraham, quos ille descendens ab Abraham usque ad David. A David enim in duas familias, regiam et sacerdotalem, origo illa distributa est, quarum duarum familiarum, sicut dictum est, regiam descendens Matthaeus, sacerdotalem ascendens Lucas secutus est, ut Dominus noster Iesus Christus, rex et sacerdos noster, et cognationem duceret de stirpe sacerdotali, et non esset tamen de tribu sacerdotali, hoc est de tribu Levi, sed esset de tribu Iuda, hoc est de tribu David, ex qua tribu nemo intendit altari. Ideo et filius David maxime dicitur secundum carnem quia et Lucas ascendens et Matthaeus descendens in David sibi obviam facti sunt. Oportebat enim ut evacuaretur sacrificia quae secundum ordinem Aaron in Levitico sacerdotio fiebant non esset de tribu Levi, ne ad ipsam tribum et ad ipsum sacerdotium, quod temporaliter umbra erat futuri, pertinere videretur mundatio peccatorum, quam Dominus oblatione holocausti sui, quod in veteri sacerdotio figurabatur, implevit. Et holocausti eius imaginem ad memoriam passionis suae in Ecclesia celebrandam dedit, ut esset sacerdos in aeternum, non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech. Cuius rei sacramentum diligentius adhuc considerari potest; sed propter duos pisces, in quibus duas personas, regiam et sacerdotalem, figuratas esse diximus, hactenus hinc tractatum esse sufficiat.

3. Quod autem super fenum turba illa discubuit, significat eos qui Testamentum Vetus acceperant, quia regnum eis temporale et Ierusalem temporalis promittebatur, in spe carnali collocatos fuisse; *omnis enim caro fenum, et claritas hominis ut flos feni*. Quod autem de reliquiis fragmentorum duodecim cofini bucellarum repleti sunt, significat de ipsius legis adaptione et disputatione, quam Iudaei reliquerant et deseruerant, repletos fuisse discipulos Domini, in quibus duodenarius numerus principatum tenet. Nondum enim erat scriptura Novi Testamenti, quando Dominus quasi frangendo et aperiendo quod durum et clausum erat in lege discipulos implevit, cum eis post resurrectionem aperuit Scripturas veteres, incipiens a Moyse et omnibus prophetis, interpretans illis in omnibus Scripturis quae de ipso erant. Nam et tunc eum duo illorum in panis fractione cognoverunt.

4. Et ideo secunda pastio populi, quae de septem panibus facta est, ad Novi Testamenti praedicationem recte intellegitur pertinere. Non enim ab aliquo evangelista dictum est quod isti panes hordeacei fuerint, sicut de illis quinque dixit Iohannes. Haec ergo pastio de panibus septem ad gratiam pertinet Ecclesiae, quae notissima illa septenaria Sancti Spiritus operatione cognoscitur. Et ideo non hic duo pisces fuisse scribuntur sicut in veteri lege, ubi duo soli unguebantur, rex et sacerdos, sed pauci pisces, id est, qui primi Domino Iesu Christo crediderunt, et in eius nomine uncti sunt, et missi ad praedicationem Evangelii, et ad sustinendum turbulentum mare huius saeculi, ut pro ipso magno pisce, id est, pro Christo, legatione fungerentur, sicut Paulus apostolus dicit. Neque in ipsa turba quinque milia hominum fuerunt sicut illic, ubi carnales legem accipientes, id est, quinque carnis sensibus dediti significantur, sed quattuor milia potius, quo numero significantur spiritaliter propter quattuor animi virtutes, quibus in hac vita spiritaliter vivitur, prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam. Quarum prima est cognitio rerum appetendarum et fugiendarum, secunda refrenatio cupiditatis ab his quae temporaliter delectant, tertia firmitas animi adversus ea quae temporaliter molesta sunt, quarta quae per ceteras omnes diffunditur, dilectio Dei et proximi.

5. Sane et ibi quinque milia et hic quattuor milia exceptis mulieribus et pueris fuisse memorantur, quod mihi videtur ad hoc pertinere, ut intellegamus et in populo Veteris Testamenti fuisse quosdam infirmos ad implendam iustitiam quae secundum legem est, in qua iustitia apostolus Paulus sine querela conversatum se esse dicit, fuisse item alios qui facile seducerentur in cultum idolorum. Quae duo genera, id est, infirmitatis et erroris, mulierum et puerorum nominibus figurata sunt. Infirmus est enim sexus mulierum ad actionem et facilis ad lusum pueritia. Quid autem lusui puerili tam simile est quam idola colere, quando et Apostolus ad hoc retulit hoc genus superstitionis, cum ait: *Neque idolis serviamus quemadmodum quidam eorum, sicut scriptum est: Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere?* Mulieribus ergo similes erant qui in laboribus exspectationis, quo usque ad promissa Dei pervenirent, non viriliter perseverantes tentaverunt Deum, pueris autem qui sederunt *manducare et bibere et surrexerunt ludere*. Non solum autem ibi, sed etiam in populo Novi Testamenti qui non perdurant occurrere in virum perfectum vel infirmitate virium vel mentis levitate mulieribus et pueris comparandi sunt. Nam illis dicitur: *Si tamen initium substantiae*

eius usque in finem firmum retineamus, illis autem: Nolite pueri effici sensibus, sed malitia infantes estote, ut sensibus perfecti sitis. Et ideo neque in Veteri neque in Novo Testamento tales admittuntur ad numerum; sed sive ibi quinque milia sive hic quattuor milia, exceptis mulieribus et pueris fuisse dicuntur.

6. Quamvis vero et illic et hic propter ipsum Christum, qui assidue in Scripturis mons appellatur, congruenter in monte uterque populus pasceret, hic tamen non in feno discumbitur sed in terra. Ibi enim celsitudo Christi propter carnales homines et Ierusalem terrenam carnali spe et desiderio tegitur, hic autem remota omni cupiditate carnali convivas Novi Testamenti spei permanentis firmamentum tamquam ipsius montis soliditas, nullo feno interposito continebat.

7. Et quoniam rectissime dicit Apostolus: *Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur;* hoc significare videtur et Dominus, cum dicit de his quos quinque panibus pasturus erat: *Non opus habent ire; sed date illis vos manducare.* Sub his enim verbis figuraliter tamquam custodiendi detinentur, cum hoc admonuissent discipuli, ut dimitteret eos. Huius vero turbae, quae ad septem panes pertinet, ultro misereri se dicit, quod iam tertius dies esset, ex quo ei ieiuni adhaesissent. In toto enim saeculo generis humani tertium tempus est, quo fidei christianae gratia data est; primum est ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia; et quoniam quartum adhuc restat, quo ad plenissimam pacem Ierusalem caelestis venturi sumus, quo tendit quisquis recte credit in Christum, propterea se dicit turbam illam reficere Dominus, ne deficiant in via. Ista enim dispensatio, qua nobis Dominus temporaliter et visibiliter in homine apparere dignatus est et dedit nobis pignus Spiritum Sanctum, cuius operatione septenaria vegetaremur, apostolica auctoritate quasi paucorum piscium sapore coniuncto: haec ergo dispensatio quid aliud agit, nisi ut ad palmam supernae vocationis sine defectu virium pervenire possimus? *Per fidem enim ambulamus non per speciem.* Et ipse apostolus Paulus nondum se dicit comprehendisse regnum Dei: *Sed ea quae retro sunt oblitus, in ea quae ante sunt extentus, secundum intentionem sequor,* inquit, *ad palmam supernae vocationis. Veruntamen in quod pervenimus, in eo ambulemus,* quia tertio die Domino adhaerentes et ab illo pasti non deficiemus in via.

8. Etiam hic sane perveniri ad comedendi finem non potuit, sed relictæ sunt escae. Non enim frustra de futuro dictum est: *Putas veniet Filius hominis et inveniet fidem super terram?* Et credo ita futurum propter mulieres et pueros. Sed tamen reliquiae fragmentorum septem sportas impleverunt, ad quas Ecclesia septiformis, quae in *Apocalypsi* etiam describitur, pertinet, id est, omnis qui perseveraverit usque in finem. Ille enim qui dixit: *Putas veniet Filius hominis et inveniet fidem super terram?* significavit quidem in extremo convivii relinqui posse et deseri escas suas, sed quoniam ipse item dixit: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit,* significavit non defuturam Ecclesiam, quae septenario numero eosdem septem panes abundantius recipiat, et latitudine cordis quae ipsam perseverantiam in sportis videtur significare contineat.